



F. 26
R.R. no. 26
12.7

A-C. no. 589.2



2-106

SELECTA

FUNGORUM CARPOLOGIA.

I.

ff Le champ est grand et ouvert à ceux qui voudront y faire gerbe; il y en reste plus
r*que Ton n'en a moissonné.^

(GUY DE LA BROSSE^ *DO la Nature, Vertu et Utilité des Plantes* [1628], p. 2.)

24
137

SELECTA

FUNGORUM CARPOLOGIA,

EA DOCUMENTA ET IGONES POTISSIMUM EXHIBENS

QUÆ VARIA FRUCTUUM ET SEMINUM GENERA IN EODEM FUNGO

SIMUL AUT VIGISSIM ADESSE DEMONSTRENT.

JUNCTIS STUDIIS EDIDERAT

LUDOVICUS-RENATUS TULASNE,

ACADEMIE SCIENTIARUM PARISINJE, BOICE, TADRINENSIS ET CHESARE^Æ LEOPOLDINO-CAROLINE NATURE CURIOSORUM : SOCIETATIS PHILOMATIUCAS PAHINIK LINNEANIE LONDINENSIS, ROTANICJE GALLICIE, EDINENSIS, RATISBONENSIS ET CIESAROBURGENSIS SODALIS : PROROTANGIS IN MUSEO PARISIENSIS HISTORIE NATURALIS; ORDINIS IMPERIALIS LEGIONIS HONORARIE EQUES;

ET

CAROLUS TULASNE,

MEDIGINIG DOCTOR IN FACULTATE PARISIENSI;

TURONES FRATRES.

TOMUS PRIMUS.

ERYSIPHEI.

PRÆMITTUNTUR PROLEGOMENA DE FUNGORUM CONDITIONE NATURALI, CRESCENDI MODO ET PROPAGATIOSE.

ACGEDUNT TABULAE V TERE INGISTE.



PARISIIS,

IMPERATORIS JUSSU,

IN IMPERIALI TYPOGRAPHEO EXGUDEBATUR.

—
M DCCC LXI.

B-12 {67}

¶ De omni re et in omni scientia, utilitatis fructum atque DEI laudem et honorem queerere.*

(Delmit. Chr. III, uv, 17.)

„%m 5&a(b umb gelb, auf Oetgen unb in Otuuenben,
»\$)idj, unaugspotec^lic^ md^tigev,
„Uwendlich gueter, herrlicher,
„@ott, allct 3Belten Oott, 2)i^ fu^en umb \$id> finben!“

(TODE, F. Mecfc. sef. I.)

MEMORIE DILEGTISSIMiE

VIRI ILLUSTRISSIMI ET DESIDERATISSIMI,

ADHIANI DE JUSSIEU,

QUI, GLORIOSI NOMINIS

DIG IN US H/ERES,

QUUM SCRIPTIS TUM PRvELECTIONRUS IPSE DE VEGETA_BILIJUM SCIENTIA OPTIME MERITUS EST,

PRIMUM HOC FONGINIB CARPOLOGiE SPECIMEN,

MAXIMA QUA ERGA SE IPSOS DUM VIVERET USUS EST RENEVOLENTIE NON ORLITI,

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUGTORES.

Si enim rite perpendamus hominis aliarumque rerum conditionem, constabit hominem in alium non
ffcreatum esse finem quam ut eorum quae simul cum ipso existunt catenam percurrat, divinoeque potential
ffpariter atque bonitatis vestigia ubique manifestet, testis atque indagator diligentissimus notet, contemple
fftur, admiretur; alias quem in finem hominem prae caeteris animantibus tot tantisque summum Numen
rexornasset egregiis perfectionibus, quarum evanescit excellentia, sui si nescius aut negligens vivat Condi
rc toris ?n

(LIINN. *De usu Hist. nat.* [1766], cap. II, S v.)

FB.KKVTIO.



• Florete flow* ijUHhi!ilium til iljitu uduivui. rl /rundole in gniliuu, ui cihllituibir i\iiik'um. il
• Dominum 10 IIJHTHII> ejiu;cllte iiDiniii eju iiiijjiilici'riliunir •(l'tinfihutmi ild - benedicite

(StrutM. urn -i. UN)

«Quemadmodum DEI in ocean,, nununla nnpers^labilia ^{mnit}, SIG_C^{rt} Pt^{b0}) tamcu» studia infinitum
est. »

(O. BAIIL. In prwf. A., Th. Hot.)

'Minolta ualuiw nos conleiuplaules, ad Iwnilalem DEI summam co
. etiim minimi, **lana** sapient sua: dedit vestigia atque specimina, ut habeat hif
«per totam aataem inquirat, et vix tamen intra superficiem rerum pertingat7
ncitemur agnoscendam. vix in rebus
moSointiffi CUpidus quod

{LINS. De usu Musc. [1766], cap. II, § xx.)

PR^AFATIO.

Quum Berolini floreret bonus WILLDENOWIUS , physicorum sententiae super Fungorum natura, ortu et propagatione adeo inter se pugnabant ut quisquis de his vegetabilibus verba faceret, theoriam novam ad lectoris favorem sibi conciliandum, aut necessario aut legitime fingendam arbitraretur. Mens enim humana, originis vitiatae causa, ad errorem, quantulumcunque novitatis et ornatus induerit, quasi natura ip^sa trahitur, nuda autem veritate qua? tamen nova semper simul et vetus ac per se spectabilis est, multo minus rapi et delectari solet; quare merito laudabitur BOLT^{ON}IS germ anus interpres eo^Aquod veritati haerere quam fabulis ipse etiam indulgere satius duxerit¹.

Profecto tantum abest ut humana natura ex temporibus illis melior et sapientior evaserit, ut quotidiana experientia in omni arte et disciplina undique contradicat; attamen quod ad Fungos attinet, turpi non amplius tenemur servitio cui tandiu veteres obsecuti sunt; neque nobis nunc pensandum et examinandum est Fungine vegetabilium societatem merito obtineant, an e corruptis

¹ Conferas brevem WILLDEKOWII dissertationem circa Fungorum generationem, Tiguri editam, a. S. MDCCXCII, in Pauli USTERI *Annalibus rethorarice*, tomo I, fasc. in, p. 58-66.

PRyEFATIO.

terree, vegetabilium, animantimme dementis, sicut apes Virgilianae ex putridis tauri ^Wscheribus, oriantur. Hodieⁿ n^oycologus nihil, ut decet, antiquius si habuerit quam lectori benevolo placere simul et prodesse, omnem praeter naturam abjiciat fictionem, et culmen virtutis gloriec^fue attigisse se intelligat, quum veritatem improbo labore sagacique studio consecutus, eamdem revelatam in apric[^] protulerit. Fortunatum ilium si doctrinam rite interpretetur qua³ non solum omnimode cum vero congrua rei peritis inveniatur, sed etiarff quidquam novae et inexspectatae scientia in se concipiat, inde tuius arrideat omnibus! Etenim rejⁱs novis non minus quam patres nostri bodie studemus, sed instrumentis et conspicillis ditiores fa^cti quorum gratia nobis omnibus, nee temerariis tantum v. audacioribus, plurima natura³ abdita et miracula, hactenus fere inscrutabilia, investigare liceat, rebus fictis ifinorem damus operam.

Alia etiam ratio tabs sapientiae lortassis ex eo petenda est quod nativae nostra? sagacitati futurafque generis humani wloriee, s^op^bistis quotidie \enditata³, nos supra modum fidentes, quidquid[^]iMerpretationis unde materiam: visibilem re quadam invisibili moveri et sustentari sequatur, a^jgre ierre videamus. At caveamus ne scientia comparata immoderate superbiamus, nee stulte credamus nos a pueritia mente simul et corpore infirmos¹ et caecos, atque caliginosa nocte inexsuperabilis inscitiee his in terris in perpetuum oppressos, tot et tanta indicia olim adepturos tore ut arcana divini Artificis mundi nobis integra tune prode-rentur. Cur in honestate et bonis moribus pari passu non pronciamus? Yerumtamen homini mortali quid prodest omnem hanc si lucretur scientiam quam olim delendam novimus¹, tbesauros

¹ 1 Corinth, xm, 8.

autem illos parum curet quos nee fui^{yes} unquam effodient et furabuntur, nectineae aerugove corruptent¹? Putaverisne physicum utramque metam simul tangere non posse, qui in minutioribus rebus rimandis et tenebrosissimis naturae angulis, ut Linnaeanis utamur verbis, microscopiorum quasi lucernafum ope, penetrans, totam vitam suam fortis et patiens consumperit? Gerto nos omnia suadent ut quidquid vitae et intellectus a **DEO** impertitum habeamus non tantum ad privatum commodum et oblectamentum nostrum, sed etiam, ac potissimum, ad quamplurimorum fratrum utilitatem pie adhibeamus, ita quidem ut huic sentire congruenter si quis vixerit, sibi safie boni majoris quam proximo suo inscius auctor evaserit. Sed ne plus aequo solliciti simus ad quem utilitatis fructum, reapse et actu proximo perni^t ciendum, operosa vita nostra conduxerit, dummodo pura bonaque mente sernegr egerimus. Nonne quod quisque facit pro actoris voluntate et consilio aestimatur? Qui temere et casu ab alto ruens quemdam occurrentem laeserit, aut vitam tuendi causa latronem sicariumve Occident, item qui pro aris et focis pugnans plurimos ceciderit hostes, is non reus erit vitae alienae, imp meritissimas sibi forsan parayerit laudes; idem contra maims suas humano sanguine alioversum, odio scilicet vel ultionis causa, si cruentaverit, justam sceleris poenam persolvet. Neque secus arbitrandum est de actis quae pej se minus valent; pleraqie ad nutum nosTrum bona aut mala evadunt. Quapropter beat. PAULXJS, cum intelligeret discipulum **GHRISTI** nil acturun[>]esse in hoc mundo quod ad vitam aeternam non conferret, nos docuit ut «sive manducemus, sive bibamus, «sive quid aliud faciamus, omnia in **DEI** gloriam faciamus. •» (*I Corinth*, x, 31.)

¹ *Math. vi, 19-20.*

Porro si quid aeterni emolumenti ex vilibus illis vita? necessitatibus viro christiano ad libitum suum trahendum est, num sterilis eidem fieret opera ilia qua in absolutiorem seu perfectiorem naturae ejusque divini Gonditoris cognitionem de die in diem adducitur? Neque profecto negare velimus impari pollere dignitate bonaFartes et discJj)linas quibus mens humana, diversissimis ornata dotibus incumbit; at dubitare licet auam^m ooTM ex his artibus bonis disciplinisve quae tritum va^{tis} ~~Esopiani~~ adagium usurpare ac sibi jure et merito vindicare nequ^{eat, scilicet} wnl agendum esse quod non proposit.» nam «nisi utile sit «faciamus, stultam esse gloriam.w (PiLERtti lib. III, fab. XVII.) Etenim in omni arte et scientia*(de his autem solis lomiimn viri probi laudes merentur) aliquid divinæ mentis revelatum et manifestatum intueris; artifex et vir doctus, uterque suo modo, DEI gloriam interpretantur, illfus manucom m omi. ii ore susciant, proptereaque sibi simul et caeteris hominibus multifariam prosunt. Hoc saltern de physicorum labore et investigationibus utique valet, qui quotidiana contemplatione discunt «magna et w pulchra esse,» ut BATSCIII (*EL Fung.* I, 19) verba adhibeamus, «omnia DEI opera, ejusque sapientiae p~~l~~ena,» licet eadem homini insipienti lateant, nee stulto animadver~~rt~~tantur. «Nemo sapiens,» ait LINN~~E~~

EUS, rtulterius dicere audebit nññl agere bonoque otio «abuti illos qui mustos et muscas legendo, opera Creatoris ad «miranda contemplantur, inque usus debitos convertere docent. » (Amam. Acal [ed. alt.], t. VII, p. 388.) Tantisper considerare velis quanta cura et sollicitnfln m^{TM*}:x- " " en-

dis verbis hom
minimis et nullius J2 : men d o CtlVe, in re uTM «A vel
candis, tuncq J S : ; nota x in r ister ex -
; n sin , lex, t

purus naturae scrutator,

divinique operis" candidus admirator, ab iis merito fastidiretur qui sola mortalium gesta, litterarum artiumve imperfecta monumenta, laudibus efferre, nee nisi terrae dominos colere delectantur.

Nil igitur obstat quominus naturae explorator omnis suae curae et opellae pretium percipiat, dummodo non nimia de seipso suaque doceina indulgenter et stulte sentiat, tanquam sui gloriam quaerere nee officium praestare pium initio constituent, vocis omittus summaa sapientiae docentis « omnia vanitatem esse » super terrain, « praeter amare DEUM et illi soli (Regi cui omnes vivunt) « servire. » (*Eccles.* i, 2; *Luc.* xx, 38; *Imit. Chr.* I, 1, 3.) Ecquis autem confidere poterit se munus suum candide et omnem extra culpam fore exsecuturum, nisi Superi ipsi illi adjuvent? Hoc saltern nostrum non est. Attamen quorsum spectat libellus iste, quid propositi premere decrevimus, nisi ut rerum omnium Gonditor in minimis mirabilium suorum operum ad hanc usque diem absconditis, nunc autem quodammodo partimque, ut speramus, revelatis, magis ac magis unicuique glorietur et nobiscum collaudetur? Nonne et nos ipsi, post summum LINN^IUM, verbis ill. RAII movemur et incitamur? Nonne etiam confitemur wcreaturn fuisse hominem ut dIA^ni operis rerum creatarum contemplator«existeret, «et dum admiraretur creaturam, ejus Greatorem etiam agnosceret?w (Gfr. LINN^I *Mimd. Invis.* p. 1.) Utinam ideo nos prodigiorum naturae hodie interpres, temerari quidem et maxime imperiti, propter bonam mentem qua trahimur, optatum fñfem assequamur!

Disciplinas inter omnes quae de terrestribus creaturis agunt, ars botanica primum post zoologiam locum reposcit, quandoquidem vegetabilia, praeter ea omnia quae reliquis entibus impertita sunt, animam sui generis insuper obtinuerint. Ex omnibus

autem plantis quae super J)Y A scabellum, ut biblicum verbum usurpemus¹, unquam flomerint, Fungi de quibus hie sermonem habere nobis propositum est, humillimam ducunt vitam. Ne tamen teimere despicias et Fungos, et quidquid ad Fungos spectet. Nee sine consilio creati sunt, nee eum penitebit phytoio<mm qui eorum studio se dederit. Quo simpliciores plantae, eo pauciora in eis vitae munia, ita ut quae supersint, multis minoris pretii vel dignitatis amotis, subsolitajia appareant, proptereaque scrutatori apertiora pateant. In hoc congruunt vegetabilia cum animalibus quare utriusque ordinis rudimenta non solum alia aliis conveniunt, sed etiam propter eamdem causam nos peculiariter ecent. Minus itaque miremur cur ea quae novissimis his temporibus de uniuscujusque Fungorum typi natura multiplici innotuerunt mutati^i^us fere ejusdem modi, apud animalia infinite die in mutatis nuper etiam observatis², respondere videantur. Sic RA^{nna} (Elench. Fung. I, 1 q) confirmatur enuntiatum, «pemm minuta-:rum disquisitione nodos solvi intricatissimos senVm^ que rerum «creatarum luce nova» pertundi.

Hie etiam congruentissime, ni fallimur, redeunt in m^t₁₁₁ verba ilia suramo LINN^O in Roosiana dissertationp ni: T k . . -JI * . . adhibita: «In«orbem,» mquit illustns magister, «catena naf,^ i- ,• i . . 1 n ' 1 -4 • . . lurae redit, et «articuius quisque ad alterum dicit; una lo-itur VPPI

O elias, experi-
^{1#} «Terra autem scabellum pedum meorurn. » dans' la sSrie vetratale (IV^I^ spelu, a. MDCCCLXV,
ⁿ (IsAi.13 cap. LXVI, v. 1.) et elaboratam nobilis zoologi P. J. BENED
² Qua de re confitas, libros inter qui orallice « . . n i » Vermibus intestinis commpt*o*logi y. j. BENEDEN ¹ nem, praemio aca-
 scnpti sunt, clar. Armmn a QUATREFAGES doctum demico non ita pridem affectai ⁿ, ac in coll t
 onuscum cui titulus est *Souvenirs d'un Natrnlisic* neis gallicis qua dicuntur *SuppUment aux C*on ^
 (Parisiis, a. D. MDCCCLIV, primum editum), Rendus hebdom. des Stances de FAcad des ^Cien ^
 torn. I, p. 267-1253; Pauli GEIVASII dissertatio- (torn. II [18G1], p. 1 et seq.) contenta in cujus
 nem inscriptam *De la me'tamorphose des aranées et lam qua? theoriam digeneseos exponit*
 g'minations alternantes dans la ne're animale et lam crua? theoriam difeneseos pvnim't

«mentis patefacta, longam trahit consecutariorum et adfmitatum
«seriem. Una qua? nemini hue usque patuit, janua naturae re-
rrclusa, maximum ostendit prodigiorum numerum.» (LINN. *Mund. Invisib.* cap. n, § 1.)

Idcirco sane, omni aevo, amplissimus quisque et sagacissimus phytologus illud ad perfectiorem entis vegetabilis cognitionem peii-magni referre arbitratus fuisse videtur, ut variam Fungorum stfulturam, crescendi rationem viresque, quam posset accuratissime scrutaretur. Hos inter viros qui plantarum phaenogamarum simul et Fungorum studio, pari fere animi contentione operam clede-runt, exempli gratia liceat enumerare illustriss. TURNEFORTIUM et VAILLANTIUM, botanices, apud nos, .venerabiles patres; Antonium JUSSLEUM, nobilissimi nominis virum, summumque MICELIUM, bo-tanices etruscae lumen et aeternum decus, qui omnes ante Lin-naeanam aetatem floruerunt; et post LINNJEUM, Michelianaæ gloriae nimis forsan invidum, WILLDENOWIUM et PERSOONUM («egregium «olim mycologiae reformatorem » [FR. S. *Myc.* t. II, p. 41]'), omni botanica doctrina pariter ornatisimos; LINKIUM, EHRENBERGIO (*Sylv. Myc. berol.* p. 21) salutatum «primatem mycologorumw suae aeta-lisp; utrumque JNEESIBM, et maxime natu majorem, ^quo a»uctore,» inquit idem EHRENBERG (*de Mycetog.* p. 162), «Fungi desierunt esse « fungi et facti sunt orbis cognoscendi graves et amabiles incolae; r> Aug. CANDOLLIUM, Al. HUMBOLDTIUM, Ph. MARТИLM, Ad. BRONGNIAR-TIUM, illustrissimos viros stadium botanicum per scabrosam sentico-samque, ut cum TODEO (*F. Meckl.* I, v) loquamur, Fungorum viam similiter ingressos; nee non ENDLICHERUM , omnium prope de re bo-tanica scriptorum elegantissimum, H. MOHLAM, wirtembergensem, ».

¹ « Quis PERSOONII defu'ngis non admiratur la- «trem? » ait beatus KLOTZSCH , in prooemio *Herbarii bores;* quis eum non veneratur mycologiae pa- sui vivi' *Mycologici* (1882).

KLOTZSCHTM et Alexandrum B_RAra, berolinenses; aliosque pluri
mos e corners noslris, qui non solum de plantis perLti*tri*L^I
omn, modo optime meriti-sunt, sed etiam se i n d i m j " . . .
putarunt tempus et oculos in funais perversiTM J' r^a Utl^IUam
pendere. **Qum recordamur nos** *LL I Z* ^ *T*
testium qm myeologiam dignissimam perhibeant^T n " b em
tiufh est qui nequimus noi moleste ferre quod ill 'p["] " obissorau
p. XII) olim scripserit « myeologiam ad vilia ilia \ " T ^ (*Epicr.*
"glecta stadia referri quae nee pecuniam nee hon^{*} Pierisque "ne
parent
est suos de Fungis libros, quo s nonnu^J i fTM anne enim i g n a r u s
quanti reapse vaieant, assidua men cujusque mycologi manu
ubique ter_ra erudita, quotidie pervolutari, tanquam a presby-
tero breviarii sui paginæ, ut Leveilleanam memoremus similitu-
dinem¹?

At ne multi simus in proœmio quod pusillo hic præmittitur
operi, ad propositi finem festinemus.

Licet mycologiæ campus indefesso scrutatorum aratro in om-
nes partes alte jamdudum exaretur, amplissimæsque sfi en^ mes.
qm pentissimorum indagatomm sa Baci_{la}C oculosque["] pocou*_i.
Abdita enim qua, restant longe magis tenchrosa demergi
quam qua, hactenus paula(i_m in no u . facile ne mo non j ^ .
V t; attamen nuUus mi V aI)itur ~ lo e n(, fere præter rerum super-
ficem adhuc. viderimus Nob_sA_f aillij. stadium * < * < > pede,
P[^]judicii timore, prodeuntibus, *JL?* *T* qui libeUum interpre-
tationum nostrarum pt of erins mui incuit tremor. Quippe neu-
tuquam nos fugit q Uantopere i nfra propositum ille jaceat, quam

¹ Videsis OABINII Lexic. univ. Hist. nat. v^a MyCOLOGIE (tom. VIII [1846], p. 456).

multas omnimodis mancas exhibeat pagellas, quantum absit ut quidquid titulo polliceatur reapse in medium promat. Enimvero fatemur nos arbitratos fuisse viribus nostris maxime inaequa suscipere, si confidenter hoc intendissemus, ut, amotis funginis typis minoris pretii v. dignitatis, reliquos omnes verbo et icone analyticē illustraremus. Qui spem unquam stulte conceperit se ad im^A mensum pondus prodigiosae rerum naturalium varietatis sustinendum satis valere, is sane rrarenam maris et pluviae guttas,^w ut SYRACIDIS¹ verbis utamur, etiam dinumerare tentaverit. «Botanicum studium infinitumw meritissime pronuntiat venerabilis BAUHINES (*Pin. Th. Bot. in praef.*); et quilibet fungus, quantumvis exiguis infima^Aue dignitatis, ut rite cognoscatur, assiduo labore per longos menses, imo per annos, mycologo Saepissime opus est². «Ad Fungorum cognitionem acquirendam,» ait ill. WILLDENOWIUS (in praefat. ad Joannis REBENTISCH *Fl. Neomarchicam*^Aj, «aetas humana non sufficit, variisque temporibus iterandae sunt» nostrae circa haec vegetabilia «observationes, ne errorem pro vero Kvenditemus.»

Attamen mycologici studii materies nobis parcior et angustior fortassis est quam multis mycetographis, ex. gr. quam celeberrimo GORD^A; qui hoc constituisse videbatur, ut fungos omnes huę usque cognitos sub singuHs eorum signis cogeret. Nos autem delectum hunc adhibere decrevimus qui titulo nostro praenuntiatur, fungorum scilicet eorum tantummodo curam habere qui thesim nostram de fungino semine jampridem variis in locis prolatam

¹ *Eccles. i, a.*

² «Il faut des journ^Aes, des semaines, quelques mois entiers, pour découvrir la véritable organisation d'une cryptogame qui peut

«n'⁶tre à l'oeil nu qu'un simple point.» (MAZERII verba in *Annalibus Scientiarum naturalium*, serie i, tomo XIII [1828], p. 208.)

quocunque modo comprobent et in aprico proferre valeant. Licet id doctrine nov* plurimis exemplis indubia^ auctoritatis nunc minitatur, Fungarum scientia permagni (ni nos omnia fallunt) interesse putamus, ut quantum efficere et omm^ ope consequi possumus, iterum iterumque eamdem tueamur et confirmemus. Hinc obstant praejudicata quadam aestimatione dignanda, prater-eaque difficultates ut vepreta in agro mycologico paritura videtur quare monstrandum riobis est preejudicia ilia contra veritatem ire, vepres autem ab ipsa natura satas fuisse, nullam denique patere viam qua digne se expediatur mycologus, pra3ter viam qua? cum vero quadret.

Rerum ordinem his in pagellis servare qui legitimo systemati ex omni parte responderet, ardui erat operis. Fungorum enim proventus, utpote ab aeris conditione incertisque causis pendeat, maxime varius est, plurimique nonnisi rarissime occurrunt; properea longe abest ut mycologo liceat, quotiescumque necesse habet, typos illos colligere quos scrutari et adumbrare velit; addas insuper multos florere tempore hiemali, quo nimirum imbræ assidui diesque nimbis involuti omnem per sylvas investigationem, et domi microscopiorum usum (de coelo parisino nostro potissimum loquimur) fere prorsus impediunt; ita ut seriem omnimode probatissimam habere, nee typum hunc vel ilium suo loco omittere si decreveris, integri libri tui editionem in dies, nee definita quasi mora, differre cogeris¹. Qui tamen funginos typos eo ordine promeret quo sibi singul procedentibus diebus occurrerint, i mcon-

¹ Sic etiam et consimiles propter causas Rsim-pliciter et absque melhodo in centurias diperuntur genera quingenta ab ill. *Gnmo* in suo celeberrimo de *Fructibus et Seminibus Plantarum* libro exhibita; -aliu.n enim servare ordinem insu-

Z^ rohib diff 7ltas desideratos fructus
or T or ^ unenur, " * " ** " misc^
« n e a m um^ sp, sitio nem " ^ r a auctorem de-
trusit J! ssi.as (fr. J A T G*RTMElCM i n p r æfa-
uuc u p^ns modo citati.)

dita premeretur confusione qua libri nonnulli, caeteroquin ob prsestantiam commendabiles, misere deturpantur. E duobus malis minus nobis eligendum erat; cunctionem si proferebamus, clis crimina e variis causis maximeque ex tenui et magis ac magis infirmitate valetudine nobis oriebantur; itaque cupiditati nova amplius addiscendi modum ad tempus statuimus, confidentes non nobis denegandam fore facultatem retro olim vertendi gradum, si quid absolutius super his quae in praesenti tractanda sunt, studio iterato continuatove comparaverimus.

Porro quid superest nobis dicendum in hujus opusculi limine, nisi ut grates persolvamus sincerimas iis omnibus qui quocunqae modo illi faveiant, ac potissime illustrissimo viro, Adolpho BRON-
GNIART, fautori benevolentissimo, qui quum propriis disquisitio-
nibus ipse jampridem expertus esset quantum optabilis scientiae e Fungorum studio eruendum sit, benigne dedit operam ut turn doc-
trina largita, turn iteratis adhortamentis, nobis in via mycologica,
prae caeteris botanices semitis ardua, incertis lassisve auxiliaretur,
et quantum posset otium faceret necessarium.

Meritissimam item a nobis repetunt gratiam viri omnes pae-
stantissimi simul et benignissimi qui libellum nostrum indulgen-
tissimis oculis cum aspexerint, hanc veniam nobis dare non ab-
nuerunt, ut ille nobilissimis typis impressus, partimque aerarii
publici sumptibus, ederetur; inde nobis gloriari licet eo quod
pagellae nostrae eodem lionore dignatae sint quo olim celeberrimae
divi TURNEFORTII *Institutiones rei herbarice*, et nuperiori tempore
locupletissimus Joannis PALLET *Tractatus de Fungis*.

Neque debitas etiam omittamus agere gratias solertissimo politoque artifici Pbiliberto PICART qui de fungis hypogaeis antea optime meritus, totis iterum viribus incubuit ut novae nostrae

mycetam illustrationes sua ipsa manu, juvante fratre «re inoi,
omnes prodirent. * re mc/SIV

Et nunc apertam adeas lucem, libelle, et quantum maxime
poteris, ad id conferas quod nobis in votis est, notitiam scilicet
divinorum operum in Fungis, quantumvis infimis, perfectiorem
diulgandam summique Opificis celebrandas laudes!

•

m

Dahamus Parisiis x,v cal. augusli, anno R. S. MDCCCLXI.

ELENCHUS.

PR/EFATIO.	Pag.	ix
ELENCHUS.	xxi	
CORRIGENDA et ADDENDA.	xxvn	
PROLEGOMENA. DE FUNGORUM NATURA, VIGENDI MODO ET PROPAGATIONE CAPITA DE- CEM.	1	
CAPUT PRIMUM. FUNGORUM ORIGO ET NA- TURA.	3	
Veterum opinione errores de Fun- gorum natura; quid super his vegeta- bilibus bodierni jliyologi censcant; a caeleris planlis longe recedunt, et ita (uidicin ut Myxomycetes, ex sentenii clar. Antonii a RARY, C regno vegetabili merito ejicerentur.		
Hue spectat adnotatio I (p. 219) in qua veterum quoromdam disquisitiones de Fungis ilidem coinniciorantur.		
CAPUT SECUNDUM. FUNGORUM MULTITIDO; AD QUID NATURE PROSINT.	7	
Immensa Fungorum per orbem ter- rarum copia caeteros plantarum ordines simul sumptos numero adwquare vi- detur; tellurif ad ornamentum et ani- msilium bone multorum nutritionom maxime confer!, pratereaque <i>ul</i> ani- malium et vegetabilium cadavera quam citissime in pulvewm unde cxierunl		

revertantur, multifariam natura¹ auxi-
liatur. Obiter tractatur de vegetantium
anima et pauca ab angelico Doctore mu-
tunntuM¹iu¹ naturae interpretationem
praestare videntur.

Hue referatur adnotatio II¹ (p. 919). Illustris-
simi viri Frid. Philippus MARTIUS et F. MEYEN
in numero propugiationini anima? vegeta-
bilis habendi sunt; nun anorganica corpor
etiam sint cuiusdam anima? compotes pensi-
tatur; inepte sperant physici qui, repudiato
spiritu, se *%ntia* viva oim interpretatuos fore
existimant.

CAPUT TERTIUM. MULTIFARIA VEGETABI- LIUM PROPAGATIO; GEMMI ET SEMINA . . .	Pag.	11
---	------	----

Gemmae et semina quo modo discri-
minentur; apud hysterophytanon pauca,
et Fungos prae ca?teris, a^gre ab iuviceni
distinguuntur, (jui]>pe sexu, si quis est,
in iis nondum inanifestato vcl adbuc
incerto, crit^rimn luhiiin pp>rm*c* rh^I-
deratur.

CAPUT QUARTUM. DE HYSIEROPHYTORUM ET MAXIME DE FINGORUM SEMINE	17
---	----

Quid óx LiMii sententia semen in-
telligatur apud plantas perfectiores,
spora vero apud agamas; WILLDENOWII
a|oruin(ue animadversiones etiam me-
morantur. Ainbiguam seminis fungini
naturam quomodo ill. KHRENBERGIIS in-

ELENCHUS.

terpretetur quid de argumento potius sentiendum sit.		
Hue spectat adnotatio P (p. 221) ubi mentione fildisquisitionum Roberli CASPARY ciica florae feminae coniferarum arborum interpretationem; theeria Browniana iis confirmatur.		
CAPUT QUINTUM. QUIBUS MODIS FUNGORUM SPORAE GENERENTUR ET DISSEMINENTUR . Pag.	21	
I. *Iis qui Fungis olim seniina dene-% gaverint, inter veteres jxon^tradixerunt CLUSIUS, TURNEFORTIUS, Ant. JUSSLEUS, MICHELIUS BULLIARDUSqW; FRIESII, NOTARISH et FRESENII sententiae, de characteribus e semine ductis, non consonae. Spora et sporidium quomodo differant	21	
Ad hunc locum pertinet nota III (p. 221).		
II. Sporae genesis quasi trifaria, inde fungi collitospori, arthrospori et tl<ca>spori; varia inter sporas discrimina. JulliKiJHN circa <i>Ustilaginum</i> generationem observations	9.k	
Beati F. MEYEN animadversiones de <i>Ustilagibus</i> , nee non BONORDENII et G. OTTHII numerimae super iisdem fungis et affinibus commentationes, in adnotatione IV (p. 22i)j)aucis verbis denuntiantur.		
III. Endosporarum (1.) et ectosporarum (11.) generatio speciatim et ordine in se considerata; N^GELII, SCHACHTII Arminiique HOFFMANN doctrina; quid in argumento valeat <i>Hymenogaster</i> exemplum; VITTADINIO, LEVEILLEO et BERKEL^O observata. Pauca de <i>Ascobolus</i> et <i>Leotia (iciculari)</i> PERS. obiter afferuntur.	37	
Hue spectant adnotationes V-VIII (p. 221-222), de cystibastemate apud Fungos et de generatione seminum <i>Tuberis</i> , a Gulielmo HOFMEISTER nuper accuratissime observata, potissimum tractantes. *		
IV. Fungorum fecunditas certis legibus subjicitur; basidiosporae vulgo geminae vel quaternae, endosporae autem octonae, rarius quaternae, solitariae vel numero indefinitae gignuntur.	33	
Hujus loci est nota IX (p. 222), de <i>Slichtide cinerascente</i> PERS. modo octospora, modo contra myriaspore, et de Liehenibus in aequalis etiam foecunditatis.		
V. Sporarum ortus variis aequiparatur modis quibus cellulae sif parenchymate vivo multiplicantur; pauca super generatione aequivoca in nota ad pag. 35 afferuntur	Pacr.	3/j
VI. Sporarum disseminatio; diversimode ectosporae (1.) et endosporae (11.) disseruntur; MIGHELII, BULLIARDI DURRIE Eque observationes citantur, nee non et quae de thecarum fabrica scripserunt clar. BERKELEY et N. PRINGSHEIM. Super Fungorum odore pauca notantur. <i>Sphceria Papaveris</i> TUL. fuse describitur.		38
Hue spectant adnotationes X et Xf^p. 223) quarum prior animadversiones TROGII, GAS-PARRINII et Arminii HOFFMANN de Fungorum dissemination, altera autem synonyma nostra? <i>Sphcerice Papaveris</i> exponit.		
CAPUT SEXTUM. SEMINUM NATURA IN Eodem FUNGORUM TYPO MULTIPLEX		£(;
I. Quo minores et vulgatores sunt creaturae, eo etiam laetius et abundanter foecundae		/x ft
II. Prima conidiorum mentio apud ill. FRIESIUM; in Hyphomycetibus primum fecognoscuntur.		lx()
III. Quid de Dematies plerisque sentiendum sit; loci multi ex Friesianis libris excerpti citantur.		A 8
IV. Ascomycetum conidia tutius indigitantur; apud <i>Erysiphas</i> , ex. gratia, copiosa et manifestissima occurunt, vera autem eorum natura multis latuit.		A 9
V. Coniomycetum plurimorum autonomia jampridem dubia		50
VI. De <i>Cytisporis</i> et affinibus minutatim disputatur; quid revera sint «sporidia nuda ex ascis reductis,» ill. FRIESIO ubique venditata; mirae <i>Cytisporarum</i> cum <i>Sphwriis</i> necessitudines et quibus modis apud mycologos intelligantur.		50

VII. Quod <i>Diplodiw</i> multaequ [^] analogae Pyrenomycetum formae nudispora pro tot pycnidibus nee typis'perfects habenda sint	Pag.	
Hue spectat nota XII (p. 293) super beati CORD* disquisitionibus circa <i>Spharium Pezizam Todel</i> .		
VIIIk Intimus fungorum plurimorum ectospororum cum aliis endosporis nexus iterum pensatur; variae qua de re commentationes hactenus editae numerantur; doctrina inde nata nonnullis probatur, aliis autem carpitur. Animadversiones obiter traduntur de <i>Torruhiis</i> , <i>Eurotio</i> , <i>Szygite</i> et <i>Azygite</i> *		
Hue referatur nota XIII (p. 2s3) ubi potissimum tractatur de ciarissimi DDBY <i>Hyslerographia</i> ,		
IX. Vegetabilia in genere et Fungi speciatim, super his quae generationem et propagationem tangunt, cum variis animalium ordinibus conferuntur; tractatur de variis entiAi mutationibus, de monogenesi et generatione dimorpha seu raultiplici quae etiam alternans et heteromorpha dicitur; quam multae inde oriantur arduae quaestiones in fungis plurimis recte interpretandis. In Intransitum fit <i>Pyronematis Mariani CAR.</i> mire conidiferi		
Adnotalione XtV (p. 225) exponitur theoria polyphytismi qnam nuper Monspelii probavit clar. Paulus GERVAIS.		
CAPIT SEPTIMUM. SEMIMS FUKGINI FARRICA EXPOMTLR.		
I. Semen simplex est vel multiplex; simplex inter ectosporas et endosporas simul offenditur.		
Hujus loci est adnotatio XV (p. 2 25) quae pertinet ad interpretationem cui temerarie indulserit Fridericus CURREY super sporis <i>Pezizw nuranlice</i> PERS.		
II. Seminis multiplicis structura; il-		
lius et sporae simplicis, quod ad dignitatem attinet, paritas	Pag.	78
56 III. De spora nucleo, i. e. plasmate oleove in 9a contento.	7^	
Hue adde notary XVI (p. 226) in [^] ia memoratur Mauriti ASCHERBON dissertatio de humore in funginis seminibus obvio; quomodo clar. LINK et CORDA eorumdem nucleus olim intellexerint etiam paucis traditur.		
IV. Pauca super variis appendiculis quibus Fungorum semen interdum ornat; <i>Sphwria prcecox</i> TUL. obiter adumbratur.	80	
59 V. Variae auctorum disquisitiones, circa naturam chimicam turn sporarum, turn ascorum in quibus nascuntur....	81	
Hue spectat nota XVII, p. 226.		
CAPUT OCTAVUM. SPORÆ GERMINANTIS EVOLUTIO, VARIAQUE MYCELII NATCRA.	85	
Fungorum semina, cuiuslibet sint ordinis et dignitatis, pari modo germinant.		
67 I. Explicantur alia statim atque dispersuntur, alia serius; iis omnibus eadem faverft moment [^] quae caeteris seminibus; ne sator decipiatur caute providendum; plurima veterum, imo recentiorum experimere, curae debitae cum fuerint neglectae, minus probant; experientiam extra dubium ponere saepius arduum. Quid super caloris frigoris effectibus in sporas physici adhuc cognoverint paucis narratur.	85	
76 Adnotationibus XVIII et XIX (p. 22G) CROMII et MARCHANTII sonoris obsei ^v ationes circa Fungorum originem indicantur. In nota XX (p. 22G) memorantur animadversiones aut experimenta quaj G. I. BOEHMERO, Arminio HOFFMANN et clarissimo viro L. PASTEUR debentur super sporis calore frigoreve tentatis.		
76 II. Quid nobismet de Fungorum germinatione comperire contigerit exponitur. Germen filiforme e semine natum quandoque originem ex episporio pro-		

tracto ducere videtur; suadente autem analogia, ex endosporio ortum potius aestimetur; rei herbariae scriptores permulti qua de re citantur. De seminis simplicis & multiplicis germinatione sermo ordine agitur. Pag.

III. Gemmae peculiares seu hysterosporae et seminibus satis vel primigenis eorum germinibus nascuntur.

IV. Omnia Fungorum semina, cujuscunque sint ordinis, germine sibi invicem congruunt; iis contradicitur qui sporas in fungos, i. e. fructus (*encarpia* TRATTINICKIO), iullo mediante filamento, commutari contendenterint.

V. Germina byssoida, implexa, varia *mycelii* (TRATTIN.) genera constituunt; praecipua ex his nomine vulgo singulis indito salutantur. Cavendum ne qlaedadam pro atypicis perperam habeantur. tye *Coniophora* et *Mylostromatibus* adnotations.

Hue adde notam XXI (p. 227) quae nonnulla adfert exempla variationum quas fungorum encarpia s. fructus pnestare queant. Fructus quidam flores clandestinos imitan videntur.

VI. De mycelio in stroma pulvinatum vel tuberiforme abeunte; sclerotiorum compluriumhistoria; in omni feM Fungorum ordine generantur. — 1. Sclerotia formam mycelii secundariam semper constituunt; iis crescendi modus varius; de his quae Mucedineos fungillos, *Pistillarias* et *Pezizas* edunt. *Peziza Duriceana* TUL. et *Curreiana* BERK. fuse describuntur. — 11. Super Agaricis qui e sclerotiosis provenire soleant; *Agarici tuberosi* BULLIARDO, *racemosi* et *cirrati* PERSOONIO historia. Pauca circa variam fructus apud Hymenomycetes explicationem animadvertisuntur. — in. De sclerotio *Hypochni centrifugi* TUL. cuius fungilli byssini adumbratio traditur. — iv. *Tylostoma brumale* DC. mycelio sclerotiformi etiam

utitur. — v. De oleoso *clavo* siliginis veterum et nonnullis stromatibus inter Pyrenomycetes similiter oleiferis; notantur quoque *Hypomycetum* sclerotia. — vi. Solita si fungis defecerint sclerotia; ii propterea steriles minime omnes evadunt. Pauca de sclerotiorum habitu vario, multifario parenchymate et epidermidis specie, nec non de Myxogastriunffuberculis sclerotioideis adnotantur. Quid perfectionis fungi e sclerotiosis plurimis tandem enascatur, nondum liquet. Mycelia bene multa, impari modo amphibola, illustratione et interpretatione indigent ^ Pag. 10 i

Hue spectant adnotaciones XXII-XXVI (p. 228-229) de fungis nonnullis sclerotioicolis ac potissimum de *Peziza iclerotiorum* LIB. et *Clavicipitibus*.

98 VII. De *Rhizomorphis*, ambiguo mycelii genere, iterum loquimur. — 1. *Rhizomorpha fragilis* ROTHII typos omnium dignissimos contractos exhibet; quam dubiae strueturae incertaeque naturae videantur fructus quos ex ilia prodire perhibeant mycologi nonnulli; pseudocarpia quae saepius occurrerunt gallas sive insectorum habitacula verisimilime representant. Data occasione, de gallis paucissimis in regno fungino obviis, deinde generatim de gallarum interpretatione, de his quae in numero fungorum legitimorum imprudenter habita sunt, de variis pseudomycetibus, nec non de excrescentiis galliformibus entophytorum causa natis tractatur. — 11. *Rhizomorphafragilis* ROTHII, cum apud veteres rei mycologicae scriptores, turn etiam apud recentiores, stroma radiciforme *Xylarice* cuiusdam plurimis similiter existimatur; sunt autem qui huic opinioni contradictant. — in. *Rhizomorpha* eadem super interna fabrica *Xylostromata* potius imitatur, quare, volentibus

BELVISIO, CASPARIO, aliisque, fungum ex Hymenomycetum online potius inchoarc videtur. — IV. Obstatne *Stilbum Rhizomorpharum* CESAT. quin *Rhizomorpha fragilis* ROTHII ad polyporeum fungum spectet? Minime. Obiter sermo fit de *Stilbo cinnabarinum* MONTANIO, *Microcera coccophila* AUZERIO, *lletotio aureo* et *Jimetario PERSONA*, nee non de *Lecidcn resinif FR.* ejusque pyrenidibus s. spermogonii. Pag.

Hujus loci sunt adnotaciones XXVII et XXVIII (p. Q3O), prior super *Stilbo Rhizomorpharum* CESATIO et affinis fungillis, altera autem de *Ptziza resince* FRIESIL.

VIII. — i. Mycelia quaedam amphibola typicis explicari queunt, v. gr. *Ozonia mycelio A^arici radimitis* MAZERIO, *Hydnorum resupinatorum* et *Thelephorarum infima?* dignitatis. — n. Conidia autem sincera apud Hymenomycetes rarissima, saltern quod sciamus, inveniuntur; per quam lofijitima apud *Cyphellam muscicolum* FR. quandoque generantur. Forma¹ analogae in diversis Fungorum ordinibus pariter occurunt; errores inde nati, propter *Cyphellas* et *Acrosperma*, breviter exponuntur.

Hue spectral nota XXIX (p. Q3O) circa *Zygodesmum fuscum* CORD'E

IX. — i. Mycelia pleraque vitam perennem agunt; quorum exempla varia affruntur. — n. De mycelio apud Italos *pietra fungaja* dicto, aliisque lapidibus fungiferis utriusque orbis, diurna foecunditate verisimillime gaudentibus. Sclerotia nosfratia saepius annua, ea si excipias quae a fructu statis temporibus agendo quacunque causa probinentur; nonnulla tamen bifera interdum evadere videntur. — in. Fungillorum entopbytorum mycelium in plantis annuis annuum, in perennibus contra vulgo perenne. — iv. NEGELII et Arminii SCHACHT circa fungillos in matrice viva semper reconditos observationes. —

119

131

v. Quwritur quo modo et quo tempore fungillus endophytus suam intret nutricem; quae comperta babuerint Julius KIIIN, clariss. DURIEU aliique exponuntur. — vi. Mycelium ~~us~~ explHationi nil obstiterif, in orbem protenditur, Libenumque thallum imitari solet; exempla a variis Fungorum ordinibus petuntur. — vn. Fungos inter perennes, polyporei maxime memorables; quidam autem fungi ex annuorum numero, suam vitam prater mprem quandoque protrahunt. Obiter aUingitur solita hymenii directio, prolifera nonnullorum typorum natura, etvis instauralrix qua plurimis c^mpetit. Pag. 1 Sfi

Adnotaciones XXX et XXXI (p. Q3O) mentionem faciunt, prior interpretationum clariss. BERKEL'I circa mycelium in orbes expansum. altera originis verbi Friesiani *Cordyccps*.

X. Quid sit myceliu%, utrum caulis, an radix, perpensatur, allatis bene multorum sentenliis; legitimae radices Fungis deesse videntur, fungi autem vulgo dicti tot fructus sistere. 15 i

XL Num fungus e semine totus constare possit? Non videtur. Attamen cur fungi rite unicellulares nulli existent, Algis- istius modi et simplicitatis certissime occurribus, aege perspicitur. . . 15 A

XII. Pauca de fungillis qui cum in aliis parasitentur, pro istorum organis perperam babiti sunt. 1 f 7

XIII. Zoosporas sincerimas in regno fungino generari testantur, docente peritissimo viro Antonio a BARY, *Cystopus Candidas* LEV. et *Pergiospora devastatrix* CASPARYO, ita ut nunc plane comprobentur illae celeberr. Benedicti PRKVOST asseriones quae mycologorum fidem hactenus excessisse videbantur. Theca *Peronosporce intestina*, globosa, oculos acutissimos aquitani observatoris vix etiam eflugisse videtur. 158

CAPUT NONUM. DE CONTROVERSO FUNGORUM SEXU	Pag. 161	VIII. Fungorum sexum impugnare SCHAEFER, GARTNER, HOLMSKIOLD; recentiores scriptores, ad nostra usque tempora, dicenda de re sententia abstinerunt	Pag. 177
I. Mira suadente harmonia naturae, plurimi e scientiae patribus sexualia apud Fungos adesse discfcnina crediderant; scriptores autem aevi nostri eaem in dubium vocaverunt	161	IX. Quid de spermatis funginis potius sentiendum sit; pauca super Fungorum cum <i>Saprolegniis</i> et analogis Algis necessitudinibus, e variis scriptoribus excerpta offeruntur, simulque vocabula memorantur quae ad usutn sporologorum ill. Alexander BRAUN proposuit . . .	180
II. EHRENBERGIUS fungos ccenotocos ab <i>idiotocis</i> distinxit, fictis autem discriminibus nitus est	169	CAPUT DECIMUM. MYCETOLOGIA, PREENS CONDITIO; QUID SIT IN MYCOLOGORUM VOTIS . .	184
III. MICHELIO olim observata; <i>Agaricorum</i> et fungorum * affmum flores et <i>corpuscula</i> ; GLEITSCH ET BULLIARD florentino assentient	163	Dolendum Fungorum scientiam tantis adhuc circumfundi tenebris, quae ut olim discussiantur votis exposendum. <i>Agaricos</i> nosse, quamvis per orbem terrarum ubique mirum in modum abundant, non dimidiam esse mycologiam; multo plura in reliquis typis investiganda latere; summam vero prudentiam paremque sagacitatem flfturis indagatoribus maxime necessarias fore, ne doctrina nova perperam utantur et veritatis specie decipientur.	
IV. Quid neoterici, ut clar. viri, LINK, DITMAR, LEVEILLA, BERKELEY, KLOTZSCH, PHOEBUS; UNGER, MEYEN, CORDA, de organis Michelianis censuerint, et quid singuli ad augmentum scientiae circa fungini seminis generationem contulerint	165	ERYSIPHE1	191
V. Quibus in partibus, praeter modo citatas, fortassis vcrsetur vis foecunda; BELVISII commenta Laurentio JUSSLEO partim accepta; HEDWIGII, KERNERI ET BULLIARDI opiniones; <i>Agaricorum</i> spermata Arminius HOFFMANN reperisse sibi videtur, <i>Cladosporii</i> autem Arm. ITZIG SOHN	168	ERYSIPHE DC. (ALPHITOMORPHA WALLR.).	192
VI. De sexualibus organis apud Ascomycetes potissimum quaesitis; HEDWIGII et CORDVE dicta afferuntur; pulveris <i>Xylariarum</i> variis modis naturam interpretantur veteres et aequales nostri. Francisci HOFFMANN ET ill. TODEI verba de <i>Sphaeriarum</i> sexu	179	I. Conidia obovata, vulgo solitarie acrogena. (<i>Phyllactinia</i> LEV.)	
VII. Ex his quae HOFMEISTERO in <i>Tuberibus</i> et BARYO in <i>Peronosporis</i> nuper innotuerint, manifeste sequitur Fungos et Algas <i>Saprolegnieas</i> ad sui propagationem obtinendam simillimus uti organis quae ut sexualia dicamus nos omnia suadent	176	1. E. GUTTATA FR.	194
		II. Conidia ovala, in <i>monilium</i> species, mrttas v. longiores, catenata.	
		1. Appendiculis zonam mediant, verticem, aut totum hemisphrium supremum conceptaculorum tenentibus.	
		* Appendiculis summis semel aid semel atque iterum laxe bifurcis, circinatis. (<i>Uncinulae</i> LEV.)	
		3. E. ACERIS DC. (<i>UNCINULA BIGORNIS</i> LEV.)	197
		3. E. SALICIS DC. (E. ADUNGA GREV.)—	198
		4. E. PRUNASTRI DC.	199

5. E. BIVON* LEV. (sub UNCINULA). .	Pag.	500	
** <i>Appemliculis iteratis vimbus et multifaria</i> <i>dichotomis.</i>			
a. <i>Appendiculit apicit in modum terminali-</i> <i>but.</i> (PoddH>haeneLBV.)			
6. E. TRIDACTYLA ^ALLR. (sub ALPHITOMOR-			
PHA)	s o i		
7. E. BfcCAMByE VVJ.	!U)2		
[^] Amp			
<i>Tfr Appendiculit in media conceptaculonn</i> <i>ambilu <, wquatore intertit zonamque Jin-</i> <i>gentibus. (Calodatfil sen Microsphér</i> <i>LEV.)</i>			
8. E. ALM DC.003		
9. E. BERBEPDIS DC.	^*^ .004		
10. E. LoNICERI DC.000		
ii. E. ASTRAGALI DC.906		
2. <i>Appendiculis subsimplicibus, inordinate</i> <i>sparsis, M(ex inferna peridii pagina</i> <i>tantummodo natis. #</i>			
* <i>Ascis subtolaris. (Spbaerotbecae LEV.)</i>			
I *j. E. PANNOSA FR	Pag.	^08	
13. E. DIPSACEARCM Tui		510	
#* <i>Ascis copiosioribus. (Erysipa? vera?</i> <i>LEV.)</i>			
I I. E. GRAMINIS DC.		a 12	
15. E. TORTILIS LK		n 3	
i 6. E. COMMUNIS FR		^ 1 h	
ADNOTATIONES-*		n 9	
INDEX unversalis fungorum iriJibro cita-			
torum vel descriptoruni		233	
TABUL/fi.		9/13	

MUTANDA ET ADDENDA.

Pag. 17, lin. 18. loco : *cujuslibet sortis plerumque destituantur. .. legas* : *cujuslibet generis plerumque destitutus % videatur.*

Pag. a3, not. 2, Hn. i3, loco : endogenee. . . iegas : efidogena.

Pag. 43, lin. 4, post verba : *Spiuria Scirpi* . . . scribere velis : RABENHORSTIIP

Pagina? ejusdem & 3 noUe prima) addas : *Spharia Scirpi* RABENH. (*Fl. Crypt. Germ.*, ffl [18/16], p. 170, n. 15^a) qua* *Sphercia scirpicola* dicebatur CANDOLLIO (*FL Fr.* t. II, p. 300, n. 809) et FRIESIO (*Syst. Myc.* t. II, p. 510. et *Eletch. Fung.* L II, p. 108), continetur in RABKNHORSTII *Herbario vivo Mycologico*, edit. alteni, L HI (1856), n. 515G.

§ Pag. 48, lin. 19, loco : rromnium eximia est affinitas. . . lege ; omnium proximia est affinitas.

Pug. 10, ill. 19, loco 1. *Hymenaea courbaril* L. *adumbratum* et *legatum*. *Hymenaea* est un *ALM*, p. g. 91, lin. 2 et 3, loco : *adumbratum* et *legatum* : *habitatum*, *legas* : *adumbratum* et *habSi-*

Pap". 106. notas 2, ad calcem (p. 107), ad ~~ta~~: Inde etiam factum est ut apno postea elapso, ^{ut}utumnoqie redeunle
(mense scilicet septenibri anni venentis MDCCCLXI), bene multa ~~is~~ his sclerotis* clavigeris fruclus suo*
iteraverint.

Paf^a. 110. note 9 extrema3 (p. 111) addere velis: Ita enim se babere haec *Sclerolia lacunosa* PERS. nuperrime compemus; quippe ineunte septenbris mense anni currentis MDGGGLXI, eadem et ipsissima que anno proximo praeteriori, fertilia inertiae, colueramus, somno annuo omnia tandem similiter excussa, *Agaricus racemosos* PERS. novos, abunde de more conidiophoros, ut fructus chordos, generurit. Eodem tempore, *Agaricus cirratus* PERSOONII, infra (p. 11a) descriptus, e sclerotio suo, pariter bifrro, itorum oriebalur.

Paginaj 119 notam inlequentem subscribas quse post verbum «continentur» lineae quartae decimse suum obtineat locum :

Non possumus quin *Rhizoctoniam Medicaginis* DC. seu *Rhiz. violaceam* nostram agnoscamus in fungillo hypogaeo et *Medicagini sativu* infesto quem sub titulo novo *Byssothecii cificinantis* clar. L. FUCKEL nuperrime descripsit et ad *Perisporiaceos* trahendum statuit, propter pe/i thecia mycelio byssino sparsim semi-adnata, hemisphserica, atra, carbonacea, astoma, demum irregulariter diffracta, et sporidiis oblongis, quadrilocularibus, violaceis, in nucleo gelatinoso liberis longeque et exiliter stipitatis feta. Fructus hi nos etiam oim non fugerant, steriles autem semper occurrerant. (Gir. *Ephemeridem botanicam* berolinensem [ad d. xxx mensis augusti anni praesentis], t. XIX, p. Q5I, n. ix, tab. x, fig. 8, et *Fungos nostros Hypogwos*, p. 188 et seq. tab. vn, ix et xx.)

^ ^ ^

Pag. 19.3, in dextra nota tabula, lin. 10 ab ima pagina, loco : *Sarcorhopalo*. . . scribas: *Sarcorrhopalo*. i ^ B

Pag. 168, nota 2, lin. ultima, synonymis *Cytisporce rubescens* FRIESIO sequens adjungere velis, his veri ^: *Cenangii Cerasifn.* foetiam spermogoniferaem Eugenio COEMANS in RABENHORSTII *Herbario Mycolog.* citato, ed. alterius serie nova, fasc. HI (1860), n. 233. " * w

Pag. 308, lin. 7, adde : *Oidium leucoconium* PREUSSIO, in Jacobi STURM *Flora Germanica*, sect. III, fasc. xxix (i85i), n. 10, p. bq. tab. 3^*, e mycelio conidiophoro permultarum *Erysiphorum* imprudenter compingitur, nee nisi projinima parte hue spectaft. £

Pag. 9, i5, notae addas : Ejusdem *Oidii erysiphoidis* FR. syAonymoh etiam videtur *Crociaporium* (potius *Crocidosporium fallax* BONORDEMI in *Bot. Zeitung*, t. XIX (1861), p. 201, et Rabenhorstiano *Herbario Mycologico*, ser. alterios ed. nova, fasc. III (i860), n. 300, ad quod *Crocidosporium* item trahenda existimantur *Oidium Tuckeri* et O! *leucoconium*. (Cfr. *Ephem. bot.* berolinensis locum modo cit.) Hie autem agitur de *Oidio leucoconio* PREUSSII in STURMII *Fl. Germ.* sect. III, fasc. xxix, n. 10, nee de fungillo Mazeriano homonymo, supra (p. 208) citato.

Pag. 9,28, tab. dextra, lin. i5, loco : Mcolai PRINGSHEIM dissertationem, scribe : clariss. viri, Nathan PRINGSHEIM. dissertationem. # ^k

Pag. 4-29, adnotationem XXIV sequentiljs verbis augeas, quaBsumus : His quae S^r *Peziza Sclerotiorum* LIB. prsemittuntur, hodie (medio septembri a. S. MDCCCLXI) licet addere nos, nisi omni specie decipiamur, praf oculis nunc habere hanc ijnam *Pezizam K^ibertianam*, vivam, adultam, novissimis his diebus domi natam e sclerotisi atris et globosis qua? in medulla arida *Cirsii palustris*, aprilii mense MDCCCLX, Cavillae Versaliorum nobis obvia, maioque insequenti terrae credita, usque adhuc, nimirum per metfes xvi, omnino torpuerant. Fungillus a *Peziza luberosa* BULL, certe discroiat, longe minor, gracilior et pallidior est, patellamque subplanam tandem imitatur.

Ab eadem *Peziza Sclerotiorum* LIB. neutigmam differre videtur *Peziza Sclerotii* quam cl. L. FUCKEL, Nassovius, e *Sclerotio compacto a Helianthi* DC. (DESMAZ. *Pl. Crypt. de France*, ed. altera, fasc. XXXHI [i850]. n. 1637), Ostrichiae culto, vere pro#me praeterito obtinuit. (Cfr. *Bot. Zeitung* [ad d. xxx m. aufristi a. vertentis MDCCCLXI], t. XIX, p. 269, tab. x, fig. 1.) Inde confirmatur quod suspicatus est vir sagacissimus, Eug. COEMANS, Gandavensis, scilicet *Sclerotium compactum* DC. et *Scler. varium* PERS. suam ex unius et ejusdem fungini typi mycelio densato originem trahere. (Cfr. supra, p. 112, in nota.)

PROLEGOMENA.

rQui oculos tantummodo aperire voluerint, et in sanctiora naturae introspicere, Hlos in maximam sa-
f pientiae et providentiae divinae raptum iri admirationem habemus persuarsissimum.-n

(LINN. *De Usu Hist. nat. part. I, cap. i, S v.*)

ff Omnis plantaruni cognitio generatim manca atque incompieta est quae non universas complectitur fruc-
?r tificationis partes, nee distinctam de singulis, etiam reconditis et minutissibus, praebet notitiam ut tacea-
?f mus quod varia et non spernenda in physiologiam, oeconomiam et culturam vegetabilium, ex penitiore semi-
?r num cognitione redundant commoda.-n¹

(Jos. G*INN. *De Fruct. et Semin. Plant, prafat. p. i.*)

PROLEGOMENA.

DE

FUNGORUM NATURA, VIGENDI MODO ET PROPAGATION.

CAPUT PRIMUM.

FUNGORUM ORIGO ET NATURA.

Inter tot plantaruni millia ex quibus mundi summus Arlifex finxit terrae vestimentum, soli Fungi laeto illo viridi colore destituuntur quern oculi mortalium intuentes nunquam fatigabuntur¹. Sexcentas induunt formas, alias aliis mirabiliores, adeoque a caeteris vegetabilibus turn universa structura turn habili abhorrere² videntur, ut locum in plantaruni coetu eos vix mereri dices. «Fungi, inquit illusliss. Ant. Laurenlius CTJUSSLEUS, aniinanlibus zoopbytis³ parlim analogi, vegetantium seriem

tioritempore^{ae} *Leptostromatum* sic dictis sporidiis verba
faciens, ea nonnisi pro .ascis reductis, basifixis,, habenda

esse, veras autem sporas raro apud *Leplostromata* occurvere
monet. ^ACfr- FRIES „Nm, Syml>, Myc, [UP^{saliae}, MDCCCLI].
p. , 07, n. . 4.)

tfdiversee, quam novi generis typo, habemus. In multis enim indubiis et «diversissimis *Sphceriis*, v. c. *Sph. disciformi*, *operculata*, etc., vidimus fformam abnormem nucleo *Sph. acutce* absolute simillimo. Satis cognitum est *Epyoxyla*, etc. e vario maturitatis stadio legi ascigera et ascis ^priva. Hinc nunquam genera, vix species, distinguimus ex ascorum rrprsesentia v. defectu, quum hie statum abnormem indicat. Sunt quasi *xSpilomata* Lichenum v. *Calicia* disco dissolute, quse jam fere omnia ascis w gera observata. Nemo sane qui in familiis limitandis affinitatem naturalem respiciendam concedit, *Valsas* et *Cytisporas* in familiis diversis coltflocabit.» (Cfr. FRIESII *S. Veg. Scand.* [i 8^9], p. 376.)

Verba haec auctorem multo longius tune processisse quam antea, eo nempe tempore quo pars posterior *Elenchi Fungorum* prodiit (anno D. MDCGCXXVIII), ostendunt. Pyrenomycetes enim thecis destitutes, quibus *Cytisporce* et consimiles necessario adnumerantur, baud cunctanter atypicos et degenerates omnes declarat. Quis autem non miraretur tot fungillorum millia fene semper atypica et abortiva occurrere, ita ut «grarrvissimse difficultates n qua3 Pyrenomycetum studium impedire existimantur, non tam fortassis ex infinite quasi «formarum typicarum» numero, quam ex immensa « degeneratarum copian orientur ? (Cfr. *S. Vejr. Sc.* p. /i2 6 et passim.) In wharmonia naturae r> et nos ipsi, LINNÆI exemplo¹, maxime confidimus, quare tot monstra, tot abortivos fetus exstare negamus. Absonum etiam videtur characteres et affinitatem naturalem sibi invicen repugnare. Nee «vis omnis in subtilissimis notisw ponenda, nee affinitas e sola wvegetatione, metamorphosi aliisque bioloq-icis mo- « mentis v intelligenda. Sinceram analogiam qua? sa?pius « externa facie n jam declarator, «analysis internaque fabrica comprobari necesse est; sin aliter quis analogiae tuto confideret? Nobis ignoscat, velimus, HLFRIESIUS, si de his omnibus nostrse quodammodo pugnant sententiae. (Cfr. ejus op. modo cit. p. 380 et k28.)

¹ crNatura enim sibi semper simiKs est, legesque semel rpraescriptas sequitur, licet nobis saepe, ob necessariarum Tdefectum observationum, a se dissentire videatnr.T (LINN.

Spons. Plant, f 17/16], S XLI, et *Prolepsis Plant.* [1760], § x; *Amamit. Academ.* torn. I. p. 380 et torn. VI [ed. alt.], p. 361.)

Omnibus ideo quae ad argumentum tractatum spectant attento animo perpensis, plura maximi momenti manifestissime constare videntur.

Cytisporw primum et analogae fungillorum sortes numerosissimae, singulæ sibi magis ubique semperque constant, quam ut tot adventitiae et abnormes formæ aestimentur; haud aliter enim, nee parcus atque typi ascifferi, structura mire multifaria, sporisque turn mole, turn forma maxime variis insigniuntur. Attamen fungorum aulonomorum, perfectorum s. absolorum, speciem, ni nos omnia fallunt, neutiquam præ se ferunt; singulæ enim cum defmito typo aseophoro ita connectuntur, ut ne minimum quidem dubium movere liceat quin hunc et ipsissimum typum nee adulterum nee rite fructiferum repraesentent. Hoc maxime e solita arctissimaque *Valsarum* cum *Cytisporis* Friesianis et *Nemasporis* Peroonianis societate evidentissime patet, eoque praeterea summopere confirmatur quod per multi alii Pyrenomyctum typi, non modo ex infimis, verum etiam e nobilioribus, sicut assidua nos edocuit observatio, speciem cytispoream primitus induere soleant. Itaque forma haec sive tyecies cytisporea pro normali quidem, sed transitoria, probe tenenda est, singulisque Pyrenomyctibus illis quibus impertitur, peculiarem propagationis apparatus et quasi primarium fructum constituit. Quo modo nobis sexcenties observata, admirata, aliter intelligerentur, non perspicimus; at si nobis assentire voluerint mycologi, omnes illae antinomiae supra memoratae, in quibus explieandis frustra desudavit ill. FRIESIUS, subito evanescunt, notitiaque nova, ut clavis aurea ad solvendos difficultatum nodos, simul adquiritur, qua? ad Fungorum scientiam augendam et reformandam, eorumque classes, systematicorum studio perficiendas, quanti profectura sit, vix quis in prsesenti conjectare posset. Tali etiam pacto affinitas naturalis et characteres, ut ipsis ill. FRIESII verbis utamur, mira nempe similitudo qua? a prima fronte *Cytisporam* inter et *Sphceriam* sociam oculis incurrit, nee non èt maxima dissimilitudo qua e contrario interna *Sphcerice* istius structura a solita *Cutisporæ* tabrica removetur, aptissime conciliantur. Atque si clariss. upsalienſi magistro aliquando placuerit nostram concedere sententiam, unum fere solum e suis quae citavimus propositis illi deserendum erit,

scilicet duplex sporidiorum genus in eadem planta nunquam occurrere. (Cfr. *Syst. Myc.* t. III, p. 363.) Atypicas insuper ultra dicere nolet formas cytisporeas, nisi quid primordialis et imperfecti hac voce designetur. Nobis ideo liceat augurari olim etiam hue spectatura haec illius verba, anno D. MDCCCXXXVIII prolata : «Caeterum nemo fingat, ait illustris r̄mycologise doctor, me ubique nunc permanere in ea videndi ratione "•quae communis erat scientiae status eo tempore quo *Systema Mycologique* scribebam; nam universalia perpetuo mutantur, cardo est ut singularia persistant ab illis, quantum fieri possunt, libera. n (FR. in *Epicnidos Syst. Mycologici* postscripto.)

Qui ab ill. FRIESIO de *Cytisporarum* et affmium interpretatione discesserunt, longe minori, nostro saltern judicio, usi sunt sagacitate. Plerique merito hoc arbitrati, permagni esse momenti utrum sporae intra ascos generentur, an contra e suffulcris linearibus nudae nascantur, fungos exosporos a thecaphoris longe removerunt; sicque tuto, sed perperam concepto, fidentes criferio, characteres equidem sequi sibi visi sunt, sed contra affinitatem naturalem, quam petissimum observare maxime studuerat El. FRIESIUS, multum peccaverunt. Ordinationes systematicae vel naturales quas tentaverunt clariss. viri LEVEILLE¹ et CORDA² rem testantur. Similiter et cl. BONORDEN qui recentius scripsit, *Cytisporas* et consimiles fungos inter Cryptomycetes, quasi in limine totius ordinis cuius *Sphaerice* superiora loca occupant, retinuit. (Cfr. ejus *Enchir. Myc.* col. [1851], p. 55-61, 263 et seq.)

VII.

Super verbis ill. FRIESII quae supra attulimus (p. 53 et 5⁸) plura etiam animadvertenda sunt.

Quod nonnulli Sphaeriaceorum typi, ut *Hypoxyla* citata, thecis, maturo tempore, destituti quandoque videantur, hoc certe ex juncione asco-

¹ In ORBINII *Lesrico univ. Hist. not.* t. VIII [1846], p. 186 et seq.

² Cfr. illius *Introduce ad Mycologim stud.* [1862]. part. m.

rum dissolutione pendet; inde sporse maturae nudse liberaeque in muco hvalino natant, ut, ipso monente FRIESIO¹, eas utriculo peculiari nunquam inclusas fuisse facillime fingas. De formis autem plurimis, rite nudisporis, prater *Oytisporas* et affines, loco citato insuper agitur, nempe de *Diplodiis*, *Hendersoniis* et innumeris Sphseropsideis quorum «sporidia rrpedicellata, adnata,» quoad «originem, situm et functiones,» non sporis sinceris qua? in «cellula matricali s. asco libera? nascuntur, *n** sed potius «ascis ipsis respondere,» proptereaque «ascos reductos» referre opinatur h*odiernus mycologorum princeps. (S. Veg. 'Scand. p. 377 et *Ui5.*) Hę forma? *Sphcerias* legitimas extrinsecus omnino mentiuntur et adeo ubique abundant ut omnes citare superfluum duxerit laudatus auctor. Num autem causa princeps omissionis istius in nimia eorum copia reipsa versatur? Multone potius in eo est quod ascorum indoiem variam, «nec praesentiam constantem in omni facile Pyrenomycetum genere,» quia arbitraretur ill. FRIESIUS, plerosque Spha3ropsideos pro *tot tSphairiis* «aberrantibus», habuerit et tanquam «attyjicos lusus» neglexerit? (Cfr. S. Vjgf'Sc.-p. 377, /n5, not. 1, ^16, not. 2, ^19, not. 2, et passim.)

<Cum Jamp@em arctissimijimjiexiim, constantem societatem mipanpue conformitatem multarum *Sphceriarum*, gon solum cum *Cytisporis*, sed etiam cum *Diplodiis* et consimilibus, nos ipsi deprehendisse nobis vide remur, dulaa de utriusque forma? nudispora? autonomia simul movimus.



¹ Cfr. S. Veget. Scand. p. 416, not. 2. Jam scripserat ill. auctor (in *Fl. Scanica* [1835], p. 345), nullam rem cautius requirere examen quam ascos Pyrenomycetum; mycolo-um, si varias horum fungillorum species in diversis Jatibus observaverit, facile comperturum fore quam multifaria facies asci induant, vel potius quam levis ponderis sit porum prwenta aut defectus; sic, v. gr. semetipsum *Sphw-*
ri, *Pezizce* sporidia qnie moniliformi-seriata absque ascis inxisset CORDA. (npud STURM. *Fl. Germanicw^vl...., UI,*
P. ^ XH) asci contra distinctis sed pellucidis recepta
P. ^ 71 . noraslanceolatas et multiloculares *Splueriv mart-*
vi disse, q. 1. sam lis pr obeincludantur, proascis fusifor-
f TTJ>Z..bl.toflco.nmo (*MycHefte*, t. II, p. ^
"f " ? ^Toerperamhabitas fuisse; *Cluetomium* quod-
tab.i.ng.o, JP 1 lec(*umSp or idianudamucoim-
dam a se.pso.jove pluvio, ^ ^.^ ^
mersa statim oste 2 se, sequenti autem
sporas in ascis sin 2 imis ordine digestas; species denique

epiphyllas fabncam aliam, folio vivo, ahom, folio putiW-
cente, vulgo obtinere. Qua; omnia bene observata esse non
negamus, justa? autem interpretationis indigent. *Sphwriw*
*Peziz** et *moriformi*, Todeans fung.U.s, non desunt asci
quia CORD* aut SCHMIDTII oculos fugerint; nee magis, ill.
FRIES.I poce, in *Chcetomio* humido deficunt, quam in ando,
licet auctor de re instct in sua S. Veg. So. p: 405, n. 1. Si
reapse quandoque omnino desiderantur asc., exinde nota
non parvi moment! fungillo depauperate ubque oritur;
qnare ill. FR.ESIO, supra citato, ex omn. parte assentire ne-
quimus, nee illius exemplo arbitramur nullum fallacius
.dispositionis fundamentum exhiberi posse, quam abstru-
-urn e praBsentia v. defectu ascorum., (Fa. Sum. Veg.
Scand. p. 399, n. ..) Quod ad .Discomyces et Pyreno-
mycetes epiphyllos attinet, qui senescendo structuram
mutasse videntur. Reversa se Rhytismata et Polystigmata
vicias revera se typicas si pierunt vices.

ineunte anno D. MDCCCLII, minima vulgo *Cytisporce* semina *spermatorium* nomine designantes, crassiora autem *Diplodice sttjTosporas* dicentes. Atque ex tempore quo prodiit primum nostrum de hoc argumento commentariolum¹, magis ac magis nobis inquirentibus manifestius patuit duplex fructuum nudispororum genus, praeter gemmas conidia dictas- et ascophora conceptacula, plurimis sphaeriaceis fungis natura fuisse concessum. Quamobrem ne confusio e tot fructuum sortibus nasceretur, cum de typis his quadrifariis sermo fieret, apparatum microspermum seu *Cytisporam spermogonium*, macrosporum vero *pycnidem* salutavimus. (Cfr. Ann. Sc. nat. ser. m, t. XV, p\ 372, 375 et seq. et t. XVII [1852], p. 108.)

Quidquid de *Cytisporis* praestitimus ne pro formis atypicis et abnormibus haberentur, de formis sphaeropsideis etiam valet; monendum s. confitendum tamen velimus pycnidem unicuique typo privam sibi minus constantem videri, quam ejusdem typi spermogonium. Hoc enim mole et situ in stromate communi varium, spermatia semper unus ejusdemque sortis diffundere solet. Pycnis contra modo crassa et multiplex, modo diminuta et ad simpliciorem fabricqjn rpda^ta, semina rSsuper mole et septorum numero diversissima ^aepissime foveat. Jnde sequi videtur spermogonium dignitate praestare, et pycnidis semina potius fortassis ad gemmarum, quam ad sporarum legitimarum naturam accedere^Pari etiam tione ad *Cytisporas* et consimiles ffirmas cum fructu Lichenum spermativomo conferendas et simili cognomine notandas inducti sumus. Animadvertamus autem limites spermogonia inter et pycnidcs, turn apud Fungos, turn apud Lichenes, saepius aegre definiendos esse. Spermatia enim solitam interdum excedunt exiguitatem, ut incerti heereamus num stylosporae aptius nuncuparentur. Atque si in facultate germina edendi praecipuum posueris spermatorum criterium, characteri negativo vix secure inniteris cui de caetero nonnulla exempla contradicere videntur. *Cytisporas Valsarum* pro spermogoniorum prototypis apud Fimgos libenter habemus, quum spermogoniis Lichenum, non modo interna structura,

¹ Cfr. Act. hebdom. Acad. Sc. par. t. XXXII, p. 470-675, et Ann. Sc.nat. ser. HI, t. XV (1861), p. 375-380.

verum etiam spermatiorum exilitate, aptissime saepius respondeant; itaque quo propius ad *Cytisporas* reliqua fungorum spermogonia accedunt, eo certiorem formae spermatiferae naturam verisimiliter ostendunt.

Spermogonia caeterum et pycnides, turn Pyrenomyctum, turn Disco-mycetum, structura et loco saepissime omnino congruunt; quin imo spermatia et stylosporae, aut commista aut vix segregata, ex eodem hymenio quandoque simul oriuntur. Apparatus uterque nunc discoideus, nunc utriformis, conceptacula ascophora imitatur, sterigmatibus autem thecarum loco vestitur. Spermatiorum sterigmata, ipsorum instar spermatiorum admodum exilia et saepissime ramosa, densissime constipantur; stylosporarum contra utplurimum crassiora, simplicia, et brevissima deprehenduntur, imo formam globosam aliquando retinent nee ab utriculis substratis s. parietalibus tune discriminantur. Quod si de spermatiorum munere in oeconomia vitae funginae dubia restant gravissima, de stylosporarum non item; haec namque structura, mole et indubia germinandi facultate, conidia aut sporas adeo mentiuntur, ut ab iis nos illas vix distinguere valeamus, nisi suffulcris haerentes antea viderimus. Pycnis ideo fructus gemmifer videtur, gemmas autem conidiis perfectiores s. digriiores enititur.

VIII.

Omnia quae ex ill. FRIESII scriptis excerpta in praecedentibus pagellis afficeruntur, hoc sane testantur, intimum scilicet nexum quo fungi nonnulli ascophori formis aliis ectosporis religantur, sagacissimum upsaliensem mycologum neutiquam fugisse. Nexus autem hunc haud secus interpretatus est atque typorum analogorum sedinaequae dignitatis congruentiam, aut formae normalis cum atypica necessitudinem, nunquam vero, ni fallimur, tanquam unius ejusdemque fungi sub diversis formis aequa normalibus et pari jure typicis specificam identitatem. Quod tamen multifariam hanc quorumdam fungorum indolem aliquando suspicatus fuerit, constat, ut videtur, licet ad hanc usque diem, saltern quod sciamus, suam olim

prolatam opinionem, «duplex sporidiorum genus in eadem plantaw non exstare¹, nondum aperte repudiaverit. In argumenti nodis arduisque difficultatibus impeditus haesit. Conjectas plantarum mycetoidearum metamorphoses cautis sedulisque naturae scrutatoribus commendat, quorum cura et opere quaedam fortassis veritati congrua olim enodata patefient; interea autem quae temeris conjecturis deheatetur fides nescit, speciososque reformidat errores. (Cfr. *Syst. Myc.* t. III, p. 369.) Quare licet jam a longo tempore has omnes quaestiones tractare ejus in animo sit quae ad Fungorum variationes et diversissimam evolutionem pertineant, *Mycologiamque theoreticam* polliceatur, nil de his omnibus scripsisse videtur, nisi notas sagacissimas equidem, sed pressiores et obiter dictas, quae suae *Summce Vegetabilium Scandinavice* paginas adornant; hie mira fulget acerrimi ingenii doctrina, profectoque summopere dolendum est quod parcior in lucem prodierit. Idololatria microscopiorum quae mycologis nostri aevi mceste objicitur, non sane obstasset quin tamen prudentiores avide sapuissent doctissimi professoris observationes, earumque rationes fusius expositas probavissent. (Cfr. *Syst. Myc.* t. III, p. 262, 363 et ^78; *Elench. Fung.* t. I, p. 169; et *S. Veget. Scand.* p. 470, not. 3, et p. ^98, not. k.)

Gravissimis negotiis distento, tacenteque magistro, decebatne discipulos otium? Qui microscopii abusum impugnaverat, nimiamque in eo ^o,*em ad exitium scientiae ducturam contenderat, simul etiam illius ursit usum (*Syst. Myc.* t. III, p. 261, not. 2), nee talis auxiliatoris vim negligendam unquam arbitratus est. (Cfr. *S. Veg. Sc.* p. h70, not. 3.) Quare non veriti sumus aciem oculorum nostrorum, ad micromycetum structuram penitus scrutandam, ope conspicillorum acuere, cum ex pleniori notitia minimorum potius quam nobiliorum fungorum, lumen oriturum vide-retur quo quaestionum tenebrae dissiparentiir.

De Pyrenomycetibus primum inquisivimus, nee mirati sumus quod Lichenibus, et maxime angiocarpis, prae reliquis fungis tnalogi, triplici saltem pariter donarentur seminum sorte, spermatis scilicet, stylosporis

¹ Cfr. *Syst. Myc.* t. III, p. 363.

et sporis endothecis, totque receptacula fructifera distincta obtinerent, nempe spermogonia, pycnides et fructus ascophoros. (Cfr. *Act. hebdom. Acad. Sc. par.* t. XXXII [m. martio, a. D. MDCCCLI], p. ^70-^75.) De pyrenomycete etiam, et nobilissimo quidem, agitur in commentario nostro (edito a. R. MDCCCLIII, in *Ann. Sc. rtfkt.* ser. m, t. XX, p. 5-56, tab. Viv) de Clavo Siliginis veterum, s. mycelio sclerotioideo legitimaque *Clavicipitis purpurece* TUL. et illius pycnidis aut spermogonii (*Sphacelice* LEV.) matrice. Gum in difficillimo Pyrenomycetum studio ultra progredi tentaverimus, quae de conidiis eorum didiceramus intra paucas pagellas recentiori tempore conclusimus. (Cfr. *Ann. Sc. nat.* ser. iv, t. V [1856], p. 107-118.) Ad Pyrenomycetum historiam spectant quoque nostra de *Sphcerice militaris* EHR. vegetatione instituta experimenta, quae exposita videoas in *Annal. Sc. nat.* ser. iv, t. VIII (1857), p. 35-43; *IsaricB* exinde pro fungis mere conidiferis nondumque perfectis habendae videntur¹. Nee omittamus *Hypomycetes*, mole quidem exiguos, multiplied

¹ Ex quo prodiit in lucem dissertatio nostra de *Isariis*, nobis contigit incidere in duas *Sphcerias* entomoctonas, pariter, ut videtur, apud nos rarissimas, nempe, non solum in *Sph. entomorrhizam* DICKS. (Glodoaldi agri Versaliensis, exeunte mense maio a. D. MDCCCLX), sed etiam in *Sphceriam* novam, prioris omnino congenarem, quam sub Leveilleano *Torrubice* signo hie rite describere, data occasione, liceat:

TORRUBIA CINEREA. = A *Torrubia entomorrhiza* DICKS, (sub *Spharia*) quacum forma convenit, primo obtutu distinguatur propter colorem universum et magnitudinem maiorem. Stipes teres, repandus, longitudine circiter tripolllicaris et i-2^{mm} crassus, niger v. nigrofuscus est, levis et glaber, sub apice autem glauco-cinereus et quasi pulvere tenuissimo conspersus; exit e supremo illo larva matricis articulo cui caput ejusdem hasret, simulque e tomento s. mycelio parco et saturate fulvo quo mumiee antici annuli involvuntur. In specimine unico suppetente, stipes e duabus constat partibus; alia, inferior scilicet, biennis aut saltern annotina, crassior, angulato-flexuosa, atra et radiciformis, olim fortassis capitulum seminiferum nunc destructum sustulit, ad praesens autem in appendicem aridam, emarcidam et parcissime fibrilliferam abit; alia contra recentior (hornotina tola) a praecedente sub apice prae dicto longiuscule arefacto, rami s. surculi in modum prodiit, deorsum quide^n nigra, sursum autem cinereo-pru'mosa,

et capite fertili coronatur. CAPUT hoc obovato-globosum *Pisi salivi* semen crassitudine aequat, initioque albido-cinerium, tandem dilute fulvello-violaceum evasit; conceptacula globosa, arctissime juxtaposita, obtusissima poroque vix conspicuo pervia, capituli superficiem vix mamillatam constituunt. SPOR*: nivea?, eructata? flocculos in capite sparsos mentiuntur; singulae tenuissime lineares, recta? et o^{mm},oo7-oi longae, initio, ut decet, in monilia catenantur. THEC^A: de forma et crassitudine ascos *Torrubice ent^B* *morrhizce* aemulantur.

Viva, matura, nobis semel occurrit inter folia coacerata *Fagi*, in declivitate umbrosa sylva Compendiensis, haud longe a pago S. Petri Bethisiani, die xxvin mensis junii, a. D. MDCCCLX. Larvam matricem crassam, glabram, antice forficiferam, postice autem bicomem, ad *Carabum* sped^Are, primo obtutu cognovit clar. H. LUCAS, cui historia insectorum Algeriensium ditissima debetui¹; integrum et in humo altiuscule latenter effodimus.

Sphwria (Torrubia) entomorrhiza DICKS., quae Clodoaldi, ut supra dictum est, nobis inter gramina ambulacri quod tendit ad *Vilk-d'Avray* obvia est, stipite luteo-fulvo, flexuoso, h centim. circiter longo et 2^{mm} crasso, capitulo autem aurantiaco, ovato-globoso, millimetra quinque longo, quatuor crasso, et propter conceptaculorum ostiola fucatiora, obtuseque et brevissime extantia dense punctato-tuberculoso utebatur; illius sporae lineares (nonnihil

autem semine inter confamiliares attentione dignissimos. (Cfr. *Annal. Sc. nat.* ser. iv, t. XIII [1860], p. 5-i 8.) Denique *Erysiphis* quae ad Pyrenomyctes inferioris dignitatis haud immerito trahuntur (cfr. FR. S. *Veget. Sc.* p. /io5), miram conidiorum copiam, pycnides fructusque asco-phoros pari decore insigne*; una impertita %isse, iterato sermone mon-stravimus. (Cfr. *Diar. Bot. berolinensis* t. XI, p. 267-967 [m. aprifi, a. D. MDGCCLIII]; *Act. hebd. Acad. Sc. par.* t. XXXVII, p. 606-609 [m. octob. anno MDCCCLIII]; et *Ann. Sc. nat.* ser. iv, t. VI {1856}, p. 299-824.)

Series altera fungorum ascigerorum, nempe Discomyctes qui hinc Hymenomycetes, iilinc autem propiores Pyrenomyctes¹ tangunt, typos plurimos simul endosporos et exosporos, praetereaque nonnunquam dupli modo spermatiferos, obtinet. De iis quos noveramus, *Cenangiis* scilicet, *Tijmpañidibus*, *Dermateis*, *Stictibus*, *Tribliiis*, *Rhytismatibus*, *Hysteriis*, *Heterosphwriis*, *Bulgariis*, et *Pezizis* paucis verba fecimus, exeunte anno D. MDCGCLII. (Cfr. *Act. hebd. Acad. Sc. par.* t. XXXV, p. 8/n-846; *Diar. Bot. berolin.* t. XI, p. ^9-66, et *Ann. Sc. nat.* ser. in, t. XX, p. 129-182, tab. xv et xvi.) Eorumdem et affinium historiam analyticam augere et amplius illustrare conabimur, si post hoc editum carpologise specimen, alterum aut unum et alterum mycologis offerre nobis olim licitum fuerit.

- Inter Hymenomycetes s. fungos basidiophoros qui totius ordinis mycetoidei fastigium occupant, Tremellinei, quia sane dignitate viliores, caete-

ellipicae), ulrinque oblusissimae, recte, in longitudinem 0^{mm}, 0065-008 obtinent, crassitudine vero 0^m\ oolt vix excedunt. Larva matrix, linearis, glabra, lut[^]-fusca, erucam tenthiedineam mumificatam sistere videbatur.

Specimina splendida, nee pauca, *Sphwri entomorrhizw* DICKS, in terra britannica (*Wiltshire*), aprilii mense a. S. MDCCXLIX, lecta, officiosissimodocissimo que viro C. E. BROOME debemus; in erucis omnino ejusdem sortis ac verraiorae fungilli nostri Clodoaldensis subiculum, cuncta sedent; praeterea autera singula caespite aurantio arctissime stipantur, e brachiis plurimis exilibus, *Merismatum* more multipartitis, et quorum apices ex arena breviter emersi, conidiorum pulvere aureo consperguntur. Conidia

ista globosa (nonnihil ovata), vix 0^{mm},005 crassa, levia, pallida, in summis libris per quam exilibus, haud secus atque conidia *Sphceriw ophioghsoidis* EHRIL, , quorum non ita pridem mentionem fecimus (in *Annatib. Sc. nat.* ser. iv, t. XIII [1860], p. 18-19), generari videntur. Minor, sphaerica et pariter abundantissima conidia pronpper vidimus in floccis albis *Hypocrece alutacece* PEBS. (sub *Splueria*) substratis, cuius fungilli clavulas vivas, e sylvis abiegnis Montis-Solis Anglorum, tumneonatas, turn adul-tas, ab eodem benignissimo C. E. BROOME gratissimi accepimus.

¹ Cfr. FRIESII S. *Veg. Sc.* p. 343.

ros prsestant multiplici in eodem typo seminum natura. Etenim praeter sporas basidiogenas solitas, spermatia perexigua, discreta v. prioribus commista, ostendunt, interdumque toti fere in gemmas solutas conidia mentientes abeunt. Primum insuper exemplum turn sporarum secundi ordinis s. gemmarum e sporis basidiogenis germinantibus ortarum, turn corpusculorum s. spermatorum ex iisdem sporis, quandoque, utvidetur, g-erminandi facultate destitutis, procedentium, nobis apud Tremellineos innotuit. Detecta haec omnia exposliimus, ingruente anno Salvatoris MDCCCLIII, in *Act. hebdom. Acad. Sc. par. t. XXXVI*, p. 627, et *Ann. Sc. nat. ser. m, t. XIX*, p. 193-281, tab. x-xm.

Ex Haplomycetibus qui universam Fungorum seriem apud ill. FRIESIUM claudunt, multi parasiticam vitam ducentes, aliique e putredine vulgo nati, variis propagationis modis singuli uti solent. *Ascophoram elegantem* CORD, et *Penicillium glaucum* LK. propter sporidia duplicitis naturae, tanquam rarissimas aberrationes cl. CORDA mycologis attentis jamdudum commendaverat¹. Recentiori tempore cl. Antonius a BARY sibi visus est talem inter id *Penicillii* s. *Aspergilli* LINCKIO (CORD. *Icon. Fung.* t. IV, p. 31, tab. VII, fig. 9/1) et *Eurotium herbariorum* LK. (CORDÆ tab. cit. fig. 99) necessitudinem deprehendisse, qualis formam inter conidiferam et statum ascophorum unius ejusdemque fungi intelligitur². Elegantissima sic dictorum *Sepedoniorum* et *Mycogenarum* conidia (minora s. primogenita) spurias aequo ac varias praestitisse *Verticilliorum* aut *Fusisporiorum*³ species, *Didymarias* similiter biformes esse, insignesque *Syzygitis megalocarpi* EHREN. fructus ad *Aspergillum maximum* LK.³ perfectiorem factum

¹ Cfr. CORD* *Anleit. z. Stud. der Myc.* p. xxxv; *Icon. Fungor.* t. I, p. 21, tab. vi, fig. 281 (*Penicill. glaucum* LK.), et t. III, p. 14-i5, tab. 11, fig. 43 (*Ascophora elegans* LK. [sub *Thamnidio*]).

² Vid. *Botan. Zeit.* t. XII (1854), p. 4a5, tab. xi, et *Bull. de kSoc. Botan. de Fr.* t. I (1854), p. i3i-i34. Novissimis his temporibus propria experientia percepimus mira illa ab oculatissimo BARYO observata cum vero, ni fallimur, ex omni parte similiter quadrare, licet dubia qua de re moverit cl. DUBY. (Cfr. *Bibl. univ. de Genève, Arch, des Sc. pkjs. et nat.* t. XXIX [1855], p. 75*77-) Animadversum insupe^elimus *Eurotii* apparatum conidiophorum,

i. e. *Aspergillum glaucum* LK. seminum habitu et crassiludine maximavariare, ita ut interdum totus microspermus ad *Penicillium glaucum* LK., cuius typus speciatim microspermus est, transire videatur; *Aspergillum* capitulo inflato monilibus seminum suorum supposito, a *Penicillio* praesertim recedere, id autem discriminis in fungillis neonatis et primiparis omnino desiderari; denique *Penicillium laete saspis* oriri ex aversa pagina suberosi vel floccosi stromatis, unde *Aspergillus* antice provenit.

³ Corymbos fungilli hujus, e ramis iterato-dichotomis, laxe divaricatis, et capitula certe mucorino more seminibus gradata singulis sustentantibus exstructos, nunc aurantio

pertinere, nos ipsi postea ostendimus. (Cfr. *Act. hebdom. Acad. Sc. par.* t. XLI, p. 615-618 [die xxn mensis octob. anni MDGCCLV].) Brevis nostra de sporis *Peronosporarum* solitarie endothecis commentatiuncia jam prodierat, scil. die xxvi mensis junii, a. R. MDCCCLIV. (Gfr. *Act. sup. cit. t. XXXVIII*, pag. 1101-1101) Post annum elapsum, nempe mense maio anni MDCCCLV, cl. Robertus CASPARY de iisdem *Peronosporis* fusius scripsit, quibus triplicem seminum sortem impertitur. (Cfr. *Act. menstr. Acad. Sc. berol.* t. XVIII, p. 308-333, cum iconib.) De his autem omnibus Haplomycetibus supra dictis, si DEO placuerit, in specimine altero carpologiae istius, iterum disserendum nobis erit.

Hie denique eitemus Uredineos, ne uilum omittamus Fungorum ordinem ex iis qui thesim nostram comprobant; pleraque enim horum entophytorum, sicuti demonstrare tentavimus, fructus duplicitis indolis et spermatia quidem obtinent; tali super argumento plura verba fecimus quam ut nova afferre necesse sit. (Videas *Ann. Sc. nat.* ser. iv, t. II [1856-], p. 77-196, tab. vn-xii.)

Hsec omnia quae ad augendam v. reformandam Fungorum scientiam, octonus inter annos proxime elapsos scripta protulimus, nonnullorum mycologorum ol)servatis confirmata sunt; quidam etiam nobis contra-

colore decoros (in *Boletis*), nunc contra jam ab initio cineiores vel quodammodo caerulantes (in *Boletis* item, nee non in *Agarico proceri* SCOP, *myomycete* PERS. *Amanita^rubescentie* PERS. etc.) vidimus; aurantios vero a cinereis non nisi colore diversos arbitrati sumus. Placuit e contrario clar. MOVTANIO fungillum cinereum peculiari nomine salutare et *Aspergillum (Sporodinium) Bellomontii* dicere; at oblitus sane necessitudinis *Sporodinium* inter et *Syzygitum* jamdudum indigitatas, de fructibus nobilioribus tacuit qui ex ramis sibi invicem occurrentibus in mncoie nascuntur. (Cfr. *Ann. Sc. nat.* ser. iv, t. XII [1859], p. 181 et 182.)

Azygites, genus Friesianum, quod Cavillae agri Versa-Hensis, autumno proxime elapo, recognovisse nobis vide-mur, mycelio niveo in *Agaricis* puiridis dense floccoso, postea autem exinde in arena et omni corpore vivo mortuove circumjacenti longe lateque expanso uitur, qua-propter *Hypomyctum* vigendi modum perfecte imitatur. Talis fungilli generatio etiam duplex est; hinc enim ex illius Hoccis assurgunt stipites simplices aut bifurci, vesicula mucorea albida minuteque polysperma singulatim

coronati; illinc eidem byssu quasi insidere videntur fructus digniores, multo crassiores, globosi, pyriformes aut elongato-lageniformes, e membrana tandem fuscata et quandoque minutissime tuberculosa, qui primum albidam pul-tern, denique sporas plurimas (numero maxime vario), sphaericas, O^{Hn} , o^{Hn} -O₂ diametro metentes el integrimento crasso insequali fuscoque donatas fovent. His omnibus perpensis, nonne videbitur vesiculam solitam unde funilli mucorini dicti principem suam notam bactenus traxerunt, minoris esse dignitatis quam vulgo assimilatur? Semina mucorea *Azygites* de quo agitur ovata, levia, O^{mm} , o^{m} -oi ionga, cum seruntur maxime augmentur, et Vila agunt ex quibus cito ramosis oi-iuntur brachia rigidiora et subulata. vesiculam microspermam singula in vertice sustinentia.

Hie etiam meminisse expedit gemmarum earum qua? apud *Mucores* ex articulis contractis in mediis floccis infor-mantur, demumque solvuntur et sphaericas evadunt; clar. Theodoro BAIL primum innotuerunt (cfr. *Florce ratisbo-nensis* seriem alt. t. XV, p. *hih* et seq. tab. xm-xvi), earumque genesim observare nobismet ipsis qu^pdoque contigit.

dixerunt. Ne multi simus, confirmationes et confutationes illas tantummodo in praesenti narrabimus quae ad Pyrenomycetes spectant; eas autem qua? reliquos ordines modo citatos tangunt, in altero volumine, si licuerit, olim reddemus.

Clariss. DUBY, genevensis, qui a longo tempore in Pyrenomycettim studio assidue versatur, doctrinam nostram de multifariis ejusdem typi formis et seminibus, a?que normalibus, primus moleste tulisse videtur. Cum clariss. nostro LÉVEILLÉ concinit qui praesentiam et defectum ascorum ut maximum et prsecipuum discrimen cum haberet, fungos ascigeros ab ectosporis sedulo removit. (Cfr. ORBINIANI *Lexici Hist. nat.* t. VIII [1846], p. 486 et 489.) Quare *Cytisporas*, *Septorias*, *Ascochytas* et affines typos nudisporos, debito tempore comitem ascophorum singulatim assumpturos fore, vulgatissimamque *Sphwriam Laburni* PERS. talis societatis exemplum praebere bficiatur. Fungorum semina, ab utriculi continui nudique simplicitate, ad cellulam multilocularem tbeccaque inclusam, per varios gradus, instar fructus plantarum perfectiorum, ascendere, proptereaque notas peculiares et maximi pretii singulis ordinibus praestare; *Cytisporas* fabricam longe magis compositam ostendere, quam ut pro formis nondum perfectis habeantur; *Cucurbitarias* autem qua? *Tuberculariis* insideant, potius parasitari quam de suo vivere contendit. (Cfr. *Biblioth. Univ. Genev.* t. XVIII, p. 25[^]-256 [mense novemb. a. D. MDCCCLI].) Ex eo tamen tempore quo expositis nostris sic adversabatur, res controversas intentioribus oculis considerasse videtur, meditationeque ad sententiam adductus est qua? vix a nostra discedit. Nunc enim, ni fallimur, nonnisi de *Stilbosporarum*, *Exosporiorum*, *Stilborum* et analogorum micromycetum natura conidifera dubitat, cuius plura indicia certioraque argumenta expetit; qua propter nobis augurari placet pleniores ejus assensum, cum praesens ODUSCulum ctmagine icones qu* accedunt llll innotuerint. (Cfr. *Biblioth. Inev* modo cit. t. XXIX, p. 64-76 [m. maio anni MDCCCLV], et etsd op. se, alt.t. II, p. 936-941 et[^] 5 [m. Julio, a. S. MDCCCLVIII].) lōse spērmatia aut stylosporas in genevensi pyrenomycete, prabterea rite ascophoro, itaque bifariam seminigero, detexit, tbesimque nostram, na-

tura cogente, partim coniirmavit. (Videas illius de sua *Dothidea Lycii* et *D. paradooca* commentationem, medio anno MDCCCLIX editam.)

Clariss. BERKELEUS qui de cunctis Fungorum ordinibus optime meritus est, conidia e mycelii floccis ramosissimis, apud *Sphceriam Mazerii* BERK. abunde orici compertum habuit, et vix dubitat quin nonnulla *Sporotricha*, ut, v. gr. *Sporotr. geochroum*, e tot *Sphceriarum* myceliis conidiiferis ducant originem. (Cfr. BERK, in *LINDLÆI Gard. Chron.* ad annum MDCCCLI [die xx m. decembris], n° LI, p. 803, cum iconе, et *Introd. to Crypt. Bot.* p. 2 83, lin. 1.) Eundem *Sphcerice* typum modo ascigerum, modo sporis nudis et stipitatis solummodo fartum occurrere non negat laudatus auctor, proptereaque de multis *Diplodiis*, *Phomatibus*, *Hendersoniis*, *Septoriis*, *Cytisporis* et consimilibus fungillis incertus haeret utrum typi autonomi sint necne; omnes autem *Sphcerias* ascis destitutas pro formis secundariis nee autonomis indiscriminatim habere illi displacet. Similiter et Melanconieos alios ut autonomos et absolutos typos, alios contra (v. gr. *Stilbosporam macrospermam*, *Myriocephalum* et genera analoga) ut formas peculiariter imperfectas quarumdam *Sphceriarum*, quibus peridium et thecae simul deficerent, existimat. (Cfr. *Introd. ad Botan. Crypt.*, p. 367, 989, 330 et 331.) Caeterum quae de variis *Erysipharum* fructibus ipse attulit, thesim nostram cui explorate assentit, plane comprobant. (Cfr. op. cit. p. 78 et 271.)

Nostro etiam clar. Camillo MONTAGNE qui tot fungos vidit et adumbrauit, quaedam debentur animadversiones de *Sphwriarum* cum *Diplodiis* nexu; turn in *Algeria Flora*, t. I, p. 480, turn in *Annalibus Scientiarum naturalium*, ser. in, t. XVI, p. 55, continentur. Verum ille prudens abborret ab interpretatione quam in *Annalibus* modo citatis (ser. iv, t. V, p. 115) de fructu Otthiano *Rhizomorphce* proposuimus; molesteque ferret quod *Graphia* et *Stilba* e typorum aitonomorum et perfectorum coetu ejicerentur. (Cfr. *Annal. Sc. nat.* ser. iv, t. V, p. 3/i3, et t. VIII, p. 30[^].)

Nee omittamus nitidas clar. Friderici CURREY observationes quibus scientiae micromycetum prodesse nititur; multifaria eorium indole, quoad

fructus, libenter accepta, hanc singulis in typis assiduo requirit et inventam prodit. *Sphcerice*, prae reliquis, illius cura illustrantur¹.

Piura profecto super Pyrenomycetibus quae nostrum -argumentum tangent, in variis mycologorum nostri ævi scriptis reponuntur; hie autem consulto omissa, suo quaeque loco et ordine, tempus et vita nobis si contigerint, aliquando reddemus.

IX.

Qui super his omnibus quae modo exponebantur tantisper meditatus fuerit, novas etiam et inexpectatas analogias vegetabilia inter et animalia, quibus simulsumptis omnis constat entiumviventiumcyclus, profecto intellexerit, nee mirabitur quod illustris noster Felix DUJARDIN, zooiogicis studiis immatura morte recens ereptus, Fungorum mycelium cum *Polyporum* truncis² aequiparandum olim aestimaverit. (Cfr. *Ann. Sc. not. ZOOL.* ser. in, t. IV [i845], p. ^58 et 279, et ORBINII *Lexic. univ. Hist. nat.* t. **VIII** [18/16], p. 46.) Omnem creaturam miraculis et prodigiis plenam meritissime praedicant sacri scriptores, ac prodigiosa unaquaeque potissimum manifestatur in modis diversissimis quibus propagatur.

A nobilioribus inter animalia seriem si ordimur, catulos videmus quasi perfectos genitos, a parentibus scilicet vix discrepantes, etsi, scientiae magistris docentibus, non omnis metamorphoseos s. transformationis plane expertes³. Ita enim Mammalia se habent. Caeteri autem animalium

¹ Cfr. *Diar. trimestr. Scient. microsc.* vol. III (1855). p. 263-273, tab. xn; vol. IV (i856), p. 192-200, tab. xi; vol. V (1857), p. n 5 - i 34, tab. viii, et vol. VII (1859), p. 2 25-2 36, tab. xi; necnon *Act. philos. Soc. reg. Londin.* t. CXLVH, part. 11 (i858), p. 543-553, tab. XXIV-XXVI, et *Act. Soc. Linn. Lond.* t. XXII, part. m (i858), p. 257-287, tab. 4 5 - % et part. iv (1859), p. 313-335, tab. 57-59.

² *ffTREMBLE* *Polypo* in minutissimas partes dissesto, ex runaquaque earum *Polypus* aequa perfectus enascitur ac rrante divisionem ipse fuerat; quod receptis antea principiis omnibus mechanico-physiologicis repugnat.. (LINN. *de Peloria* [i,fi6], S xn.) crAdeoque *Hydra* vitam vivit rrvegetabilem, vel vegetabilia vitam *Hydrw sen Polypi*, ut crhoc, quod in regno animali est rarissimum, in vegetabili

frsit vulgatissimum.» (Idem, *Spons. Plant.* [17^6], S vi.) Vegetabilia cum Zoophytis de vita et crescendi modo item a LINNÆO obiter conferuntur in variis aliis dissertationibus, nempe de *Metamorphosibus Plantarum* (cap. 11; 1755), de *Generatione ambigena* (S xi; 1759), et de *Prolepsi Plantarum* (comment, alt. [1763], in fine).

³ «Tout &tre anime' subit des metamorphoses,» ait cl. Emilius BLANCHARD, in ORBINII *Lexic. univ. Hist. nat.* t. XII (i848), p. 635; olimque LINN^US : crOmne in hoc crmundo vivens mutationibus obnoxium est. a parvo enim ffincipit, augetur et magnum fit, faciemque totam saspe frimmutat.. . Vegetabilia eidem atque animalia mutationi, rret non minori admiratione dignaa metamorphosi, subrjecta sunt fl (*Metamorph. Plantar.* [1755], cap. 1 et 11.)

ordines nonnisi foetus vix inchoatos, ova nempe seu prima prolis rudimenta, tegmine arido v. molliori involuta, parturire solent. Ova autem modo germen jam foecundatum fovent novamque singula conceperunt vitam, modo contra, ut ultra explicitur, illis opus est fceecundatione aperta. Maxima insuper discrimina bestiolas ex ovis natas alias ab aliis distinguunt.

Pulli Avium haud imperfectiores e testa atque catuli e matris utero prodeunt; Pisces item et Serpentes neonati nonnisi exiguitate ab adultis differre ut plurimum videntur. Reptilia autem batrachomorpha primam aetatem in aquis traducere debent, omnique modo piscium mores sequuntur; ope ideo branchiarum aerem ex aqua eliciunt et membris parcis natationi aptatis utuntur. Adolescendo tamen membra digitifera et pulmones aeris liberi capaces obtinent, caudam amittunt, subindeque emergentia mores aquaticos pro terrestribus mutant.

Longe absolutiores mirabilioresque subeunt metamorphoses Entomozoa quorum sexcenti ordines reliqua animalia simul sumpta generum numero verisimiliter praestant. Quis nescit enim *Papilionem* ilium nitidissimis nunc pictum coloribus, miraque agilitate super flores soli inhiantes hue et illuc leete volitanlem, modo ex mumia fucata quasi e sepulcro surrexisse, anteaque vermis in specie diu ingloriam abditamque duxisse vitam?

Malacozoa genuina statim atque ovi testam exuerunt, alia parentum speciem tantummodo diminutam, alia potius larvatam referunt; at quo-cunque modo se habeant, entomozoa, ut creditur, in eo imitantur quod omnino sterilia singula maneant donee perfectam s. absolutam induerint formam. Zoologiae vero periti aliter dicendum existimant de Malacozoideis nonnullis, Bostrychozois plurimis et plerisque Zoophytis quae etiam larvata multifariam foecunditatem jam ostendunt.

Inter Malacozoidea exempli gratia citantur *Salpce* viviparae quarum proles dimorpha modo e bestiolis solitariis neutrisque, modo contra e *Salpis* perfectioribus, sociatis, sexuque inter se discriminatis, alternis vicibus tota constat; haec autem *Salpce* digniores e prioribus singulis quasi e virgineis matribus plurimas in seriem digestae nascuntur, ipsaeque sua

vice statu tempore *Salpam* neutram singulae parturiunt. (Cfr. KROHNII dissertationem de *Salparum* generatione in *Ann. Sc. nat. ZOOL.* ser. m, t. VI [1846], p. no-131.)

Syllis quae vermis est, ex ovo neutra nascitur; cum autem adoleverit, a tergo in *Sijllim* novam excrescit modo masculam, modo femineam, quae tandem excussa liberam at brevem vitam agit¹.

Zoophytorum generatio magis etiam multiplex, *Medusarumque* exemplum, inter Acalyphas, praे caeteris prodigiosum. Ex ovo *Medusce* larva ciliata et agilis provenit quae cum aliquandiu erraverit, defessa et languida in saxo haeret, subitoque mutatis moribus, in arbusculam (*Polypum*) assurgere incipit, brachia, aetate progrediente, hinc et illinc protendit, posteaque gemmas et flores sparsos emititur; gemmis autem ipsa botanomorphapropagatur; flores contra, quos etiam fructus meritissime salutaveris, ubi e stipite materno solvuntur, partes novas obtinent, et in tot *Medusas* agiles, masculas»alias, femineas alteras, convertuntur, ita ut ova bestiolis foecundatis genita cyclum physiologicum claudant². Hie ideo vitam mediam tenent larva et polypus qui *Salpee* neutri v. *Sylli* matrici simul respondeant, praetereaque vita haec neutra perindefinitum temporis spatium gemmis polypi propagari potest.

Neque solis Zoophytis vita neutra simul et foecunda solemnis est, eadem enim utuntur et *Aphides*, ex Entomozois, quarum iterum iterumque per longam aestatem renovata generatione³ hanc vitam continuari jamdudum primus docuit illustris BONNET, genevensis. (Cfr. ORBINII *Lexic. univ. Hist. nat.* v° PUCERONS.)

His naturae miraculis perpensis, Fungorum mycelium et quaelibet planta nondum florifera seu adhuc larvata, ut summi LINNÆI (*Syst. Veget.* p. 6-8) verbis utamur, haud inepte cum larva animali aequiparatur;

¹ Cfr. A. de QUATREF. SOUV. *d'un Natur.* 1. I (1854), p. 247-251.

Cfr. Felicis DUJARDIN dissertationem de *Medusis et Polypis* in *Ann. Sc. nat. ZOOL.* ser. m, t. IV, p. 257-281.

² Eta fuit recentis sajculi nostri felicitas ut pha3nomena rmonnulla priori aavo non incognita solum, sed et incredi-

cribia, detexerit. Quod *Aphidum* proneptes ab aviaj conceptione generarint, res est in qua natura? leges mutatae ttvidetur. Id tamen institute a READMURIO observationes

treconfirmant, quamvis adhuc pluresrequirantur priusquam

*res tam paradoxa extra omnem dubitationis aleam posita acensi queaU (LINN, *de Peloria* [1744], S XII.)

quippe ens vegetable eo proprius ad animale accedit, quod hujusce larva gemmifera simul et solo quasi radicibus affixa, teste *Medusarum* polypo, quandoque deprehenditur. Et quemadmodum planta explicatis floribus, LINNÆO monente (loc. cit.), «declaratur, r> sic *et polypus* aut cujuscunque animalculi larva, ultima et absolutiore forma quam exerit vel induit, suam revelat naturam.

Animalis larva, qualis Lepidopterorum, si sterilis est, ens novum quod e matre sub ovi tegmine exiit, tune idem ipsum est quod varias subit metamorphoses tandemque parentum fidam refert imaginem. Generatio ideo simplex est et *monogenesim* sistit. Eadem contra multiplex s. heteromorpha efficitur et *digenesis* s. generatio alternans audit, cum larva, licet neutra, per se fecunda est, integrumque suam explet vitam, non suscepcta parentum forma. Larva hsecce præter parentum morem, semper vivipara offenditur, docentibusque premissis exemplis, mine foetus tantum ejus auctoribus consimiles, nunc tales simul et alios ad sui ipsius imaginem factos parturit. Quare vita quæ in ovo latuit et larvam inde ortam animavit, in novissimis entibus, cum perfectis turn larvatis, partita diffunditur; ita etiam ut horumce absolutissima non matrem ssepius sed avos externa facie repreäsentent.

Characeæ, Hepaticæ, Musci et plerique Cormophytorum (ENDL.) ordines, monogeneseos exempla sunt et superiora artimalia de generatione imitantur, quoniam e seminibus fecundatis quæ genuerunt statim integri perfectique renascuntur. Evidem adscito propagationis modo, bestiis nobilioribus negato, plerique insuper utuntur, gemmis nempe caducis v. fixis, bulbillis stolonibusque multiplicantur; his autem organis perinde ac qualibet entis vegetabilis parte, natura v. arte soluta, genuina semina, ex utero foecundato orta, sola si excipias, individuum solum et quid vita? in eo infundatur, non autem genus integrum, propagari et continuari posse quotidiana experientia docet. Planta larvata de propagatione zoophyton neutrū aemulatur; declarata vero seu florifera, sexualia ostendit discrimina, et semina spargit quibus illius vita, ut *Medusæ* ejus ovis, integra tuto continuatur.

Attamen Filices, Equiseta, Selagines (ENDL.) plantaeque affines, animalium inferioris ordinis heteromorpham generationem s. digenesim potiusimitari videntur. Quod in *hisprothallium* audit, utpote organis utriusque sexus subiculum efficitur, plantam perfectam refert, simulque cum spora unde exiit, *Salpis* et *Syllibus* perfectioribus, sexu scilicet discriminatis, nee non *Medusis* respondere videtur. Planta autem proprie dicta, ex archegonio (ovo) fecundato nata, in utero ipso instar seminis *Rhizophorce* germinat, accretaque *Salpam* et *Syllim* neutram maximeque fruticosum *Medusce* polypum repraesentat; gemmis enim caducis, tuberculis v. stolonibus, sicuti exemplo sunt *Ccenopteris vivipara* BERG. *Diplazium proliferum* KAULF. et permultae confamiliares stirpes, seipsam neutram, caeterorum vegetabilium et polyporum more, multiplicare valet, nū Haque unquam sexualia acquirit organa, licet adulta gemmarum peculiarium, seminiformium, feracissima evadat quae singulae nunc utrumque sexum, subinde in prothallio (Filicum, Equisetorum) sese explicaturum, nunc contra alterutrum solum (apud Selagines) in se retineant. Prothallii praeterea cum *Syllobus* et *Medusis* sexu distinctis analogia quaedam ex brevi illius duratione item oritur; utrisque enim pari modo impertita videtur florum natura, vita brevis quidem, sed in posteritatem fecunda.

Aīas sexualibus organis plerasque donari, recentiorum naturae scrutatorum disquisitiones, ac maxime varia illustr. virorum THURET et PRINGSHEM experimenta, demonstrant; utrum vero e seminibus suis genuinis, fecundatis scilicet, sibi admodum constantes, perfectae, parique modo fecunda? statim reviviscant, an contra formam minus absolutam, neutram et mere gemmiferam neonatae prius induant, ita ut e solis mediae sobolis propaginibus perfectae et sexu ornatae exire queant, nondum, ni fallimur, ēperimentis ad hoc institutis, extra omne dubium positum est. Hoc saltern constat, nimirum Algis multifariam et ditissimam gemmarum copiam impertiri, imo gemmas quibusdam inesse quae sporas legitimas mentionantur.

Lichenes ad Fungos proprius quam ad Algas accedentes, sexum adhuc incertum obtinent, licet paucissimi inter eos corpusculis illis destituti vi-

deantur in quibus masculinas partes collatas sestimamus¹. Genus nullum e seminibus v. gemmis arte satis redux, perfectum saltern, hactenus existit. Specimina mere gemmifera, vel, ut aiunt, sorediata, frequentissima occurunt; apud *Porinas*, *Lecanoram Parellam* et *Parmelias* plurimas, preelongam agunt vitam et in orbes latissimos expanduntur, nullum autem preter discos aut glomulos gemmiferos et saepius pulverulentos edunt fructum.

Integra Mycetum classis, quod ad argumentum hie tractatum attinet, prae ceteris vegetabilium ordinibus dubiis opprimitur, cum nondum constiterit Fungine sexus organis utantur. Hue adde paucissimos e sporis hactenus a mycologis educatos fuisse. Qui seminatorum optatis responderunt, ad fungillos illos mucedineos spectant de quibus sepius incertum est utrum perfectam induerint speciem, an contra plantulas adhuc larvatas referant. Nulli autem, quod sciamus, hue usque bene successit fun (mm nobilem, v. gr. *Agaricum*, *Pezizam*, *Lycoperdon*, aliumve talis dignitatis typum, e seminibus genuinis perfectum reducem obtinere, ita saltern ut tuto discernere licuerit exieritne fungus e sporis perfectioribus satis et mycelio primario, an e gemmis et hyphamate secundariis. At quandoquidem semina de specie perfectiora et varise gemmarum aut seminum secundiorum sortes in eodem et ipsissimo mycelio frequenter una fenerantur, sequi videtur unicuique horum organorum impertitam fuisse facultatem plantulam integrum quoconque modo propagandā. Atque si miratus fueris tantam seminum diversitatem, tibi licet arbitrari aliis individuum funorum solum, aliis autem genus ejus integrum diverse multiplicari.

¹ Cfr. nostram de Lichenibus commentationem in *Ann. Sc. nat. ser. in*, t. XVII (185a), p. 5-ia8 et 153-2/19, tab. I-XVI, et Gulielmi NYLANDER *Synopsim theth. Lichenum*, t. 1 (1858-1860), p. 3442. Pauca ill. Alexandri BRACN verba qua? hue potissimum spectant, tradere Hceat: »Me i/gortyflanjung (inquit) fd)lieft fid) enttoebet an ben @d)lu£ »ber inbisibuellen (Sntreiflung obct toenigfienS bic errcidjtc n§§i) berfelben an, obe%fk ttitt fdjon fritter mitten im 3er= „laufe beffelben ein. 3m crjlethen gaile t>ejeicfne id)fie ale fruc; »tificati»e Sottpjaiijung , welct)e, njenn man bie Sebeuhng „be9luebturf« weit gtug fa^t, stilUWjt immct eine gesfchlecht:

„M)t ijl; im le^teren ati »egetati»c, toelc^e immet unge-.fc^le^tli^ ifi. . . 3m 33mi<fy ber ©r^togenen ifl in biefet -rflejje^ung noc^ fo yieles bunfel, bap man bie atlgemeinc ©ri- »fienj ber gefc^fe^tlidjen gortyflanjung, noc^ ni^t mit ©i^ct; ,^eit be^au^ten fann. 3Kan^e gdlte (id; benfe babei namentlic; „an bie g(ed)ten) legen |mi ben ©ebanfen be« aSoftommene eU -net Mof ti|pi" d)en, abernid)t fitnctionellen ©efd)led)t(Sbi(ferei5 »nalje, ein %aii., ber bann tocningkns nid;t im gei> o^nlid)en »©inn jut gejfyledjtliidjen, wo^l abet jut fructificatben r^crtpflanjung getjörcn tDürbe,- (Ueb. Polyembr.u. Keimung v. Ccelebogyme [1860], p. 114.)

Neque rara occurunt inter Fungos iniividua quae Lichenum sorediatorum semula, mere gemmifera se prsestant[^] alia pariter abunde conidio-phora, interdum fructus promunt perfectiores; plurima e contrario horumce fructuum feracissima, modo conidiorum cuiuslibet sortis parca sijnt, modo iisdem prorsus destituuntur. Variationes haud paucse in eodem' genere et niam maxime in diversis Mycetum ordinibus deprehenduntur.

Priusquam manum de tabula tollamus, ea omnia qua? supra de entium viventium generatione et propagatione afferuntur, paucis contracta, et modo quo intelligenda nobis [^]n prcesenti videntur, enuntiare liceat.

Monogenesi utitur genus sexu donatum (neque necesse est ut discri- men faciamus ens inier utriusque virtutis sexualis compos, et genera ilia qua? procreandi potestate dimidiata tantum singula potiuntur) quod foetus edit statim aut postmodum sibi con/imiles. Idem interea simul gemmi- parum quandoque occiirrit, imo varias gemmarum sortes obtinet; gemmSe autem cuiuslibet sint naturae,, aut structura aut origine, parens solum nee genus integrum propagare queunt. Neque etiam* monogenesi repu- o-nat quod genitura varias subeat metamorphoses, antequam parentum verissimam referat imaginem. Primates animalium, Papilio, et nobiiora vegetabilia monogeneseos diversissima praestant exempla.

Dio-enesi autem s. generajone heteromorpha propagatur ens item sexualis discriminis capax, sed cuius foetus ab eo dis[^]imiles in luefcm ve- niunt, neutri consistunt, nee unquan[^] quamvis longam agant vitam, pa- rentibus fiunt conformes. Omnis ideo istius prolixis -procreativa gem- mipara necessario exercetur, at simplex est vel multifaria. Simplex redit parentum imago, monstrantibus *Sylli Sajpaqae*; duplice aut multifana et ima[^]o ista et ipsa prolis neutrius figura pariter renovantur, teste *Me- dusarum* polypo. Atque cum sine negotio capere possimus, quod polypus, funmini instar mycelii, seipsum gemmis multimode propagare valeat' mul- fifriam habemus quam diximus gemmiparturam. Hue a[^]cedit *Aphidum* ogeneratio heteromorpha qua, veriorem quam multiplgx Fungorum gem- matio, polygeneseos speciem constituit.

, Inde etiam sequitur ffemmi parturam duplicitis esse dignitatis; viliore nimirum individui solius vitam, nobiliori contra generis totius essentiam continuari; propterea que eo pluris eamdem valere quo infimiores jaceant entium ordines ubi exerceatur.

Nee minor in mycologia quam in zoologia difficultas oritur ex imVa ejusdem typi propter fecunditatis modum, ut reliquias taceamus causas, diversitate. Quemadmodum enim *Salpce* neiitrse solitaires et *Salpce* ejusdem typi sociatse sexuque discriminate pro typis distinctis, KROHNIO monstrante, perperam habitse sunt, §t titulis privis ad probationis sciential systematic* confusione singular vulgo salutantur, sic etiam, ut aliis in locis jam notavimus¹, membrâ ejusdem fungi in varias classes sub diversis appellationibus saepissime inconsulto disperiuntur². Praeterea etiam neo-are non possumus nos hue usque latuisse quid satius sentiendum sit de fungis plurimis hactenus de specie *me\le* conidiferis, et cui criterio fidendum sit, ut ad locum aptiorem in systemate eos tuto trabamus; quo modo, exempli causa, simpliciorem apparatum conidiophorum *Hypomycetum* et

¹ Cfr., ex. c., *Ann. Sc. nat.* (BOT.) ser. iv, t. V (i856), p. 108, ett. XIII [i860], p. 5-i8.

² Longum esset singula talis erroris exempla commorare; plurima supra jam attulimus, nee pauciora in sequentibus pagellis insuper denuntiabuntur. Quod pleraque e micromycetiftus trahantur, nemo sane mirabitur. Inter fungos nobiliores quandoque etiam larvatos, qui scilicet conidioplqr planqñain perfectiorem nientiuntur, nee nisi diopboram, aurantiacam, *Dacryomyces deliquescentis* DUB. attenlis oculis dignoscuntur, prii#ipem, ut videtur, tenent locum *Dacryomycetes*, e Tremellineorum ordine (cfr. *Ann. Se. nat. ser. HI*, t. XIX, p. 211-22/1, tab. xn et xm), et varii Discomycetum typi quorum nglifarias generationes olim exposuimus (in *Annalib. citatisli??m*, t. XX , p:i 29-182, tab. xv et xvi). Cum *Dacryomyctedeliquescenti* DUB. ^et *Pezizafusaoidi* BERK. (*Dypyromycetem Urtice* FR. i. e. *Fusarium tremelloides* GREV. ^fb vindicante) conidiferis interdum mire congruit *Peziza confluenta* PERS. (Ofts. Myc. part. alt. [1799], p. 81, tab. v, fig. 0 et 7) cfxia *Pyronema Marianum* a celeb, medico C. G. CARUS (in *Nov. Act. Acad. L. C. Nat. Cur. t. sup. cit.* p. 376-384) et clar. LEVEILLE (in *Ann. Sc. nat. ser. in*, t. V [1846], p. 2#53), *Corticium ante^tyfarianum* ab ill. FRIESIO (*Epicr. Syst. Myc.* p. 560) nuncupalur, Dftm aestate proxime praeterita Cavillaeagri Versaliensis (legebamus, in quaedam fungilli hujas specimina, julio exeunte, incidimus quae solito

pallidiora, nempe dilute luteo-roseola albidae, discorum loco a cophororam, piulvillospulvereos, discretos aut passim contiguos et coagmentatos, byssu assueto (in solo deusto) impositos monstrabant. Inspersus autem pulvis ex articulis constabat cylindraceis, mole variis (o^{mm}, o* circiter crassis, o^{mm}, o-i3 longis), primumque in fila ramosa catenatis; quare dj origine e floccis peculiaribus solutis, pultemconi- prorsus imitabatur. (Vid. *Ann. sup. cit. t. XIX*, p. 216-219, tab. xni, fig. i-3.) Disci seu pulvinuli perfecti, ascophori, dense aggregati, primo punctiformes et discreti, simul atque augmentur magis ac magis marginibus coalescant, inilioque pallidi vel rosei pedetentim nitidius rubent, ita ut maturi colore ignescant. Nonnullos tamen, licet perfectissime evolutos, luteos aureosve offendimus. Thee* omnibus inerant paraphysisbus subdestitutae; proinde clar. LEVEILLE (loc. sup. cit.) merito cavillatur Eliam FRIES qui NEESIUM (in *Nov. Act. Acad. L. C. Nat. Cur. t. sup. cit.* p. 376-384) secutus, *Pijronema* ad Thelephoreos fungos trahendum existimavit (in *Epicr. L* cit.), nee in eo fungillum agnovit Persoonianum quern olim ad *Pezizam omphalodem* BULL. ipse duxerat. (Cfr. FR. *Syst. Myc.* t. II, p. 73, n. 78.) Priusquam germinent, endosporae ejusdqm *Pezizce* confluencis PERS. maxime augmentur et impallescunt; germina de crassitudine sporae ipsi initio vix cedunt.

Hijpocreas (apud Pyrenomycetes), verticillis mire superpositis exstrutum, a sinceris *Verticilliis* (e Mucedinum classe), si qua sunt, praeter omnem erroris ansam, discriminandum sit. Demus *Verticillia* esse legitima, quas nunquam in *Hypomyctes* aut *Hypocreas* convertantur, num censere licet ea nihil aliud esse quam *Hypomyctes*' vel *Hypocreas* imperfectos? Neutquam, nisi ex analogia loqueris; quippe typus unusquisque, quantum vis infimus, perfectus in sè a summo Artifice conditus est, nee nisi pro ratione typi dignioris nobis imperfectus videtur. Itaque *Verticillia* ilia sincera reputata inter Mucedineos furigos merito militarent; sin contra, *Hypomycetibus* *Hijpocreis* ut typi minus noti annumeranda forent. Huc etiam spectant animadversiones nostrae de *Erysiphorum* apparatu conidio-phoro, mira cuius cum *Oidiis* similitudine tam multi decepti sunt. (Cfr. *Bot. Zeitung*, t. XI [1853], p. 267-267, et *Annales Sc. naturalium*, ser. iv, t. VI [1856], p. 30/i-308.) Qusestio redit eadem cum *Sclerotiiis* qua? omnia indiscriminatim nil nisi mycelia densata sestimamus, licet clar. BERKELEY nondum pro certo h^{ab}uisse videatur nulla exstare legitima et, perfecta *Sclerotia*, quae scilicet titulum genericum merito retineant. (Cfr. ejus *Introduction to Crypt. Botany*, p. 268¹.)

In supra expositis hoc non attigimus quod quaedam apud entonjpzoa, *Apes* scilicet, *Myrmeces* et affines bestiolas, ex eadem matre simul exeant non solum individua parentibus conformia, sed etiam plurima neutra (e feminis, rarius e masculis imperfectis) quae omni procreandi facilitate destituta videantur, et in castitate necessaria totam suam operosam traducant vitam. iEgre crederemus talem occurrere sterilitatem in qualibet veg-etabilium et quidem Fumjorum prole².

¹ Videas etiam novissimum ejusdem auctoris iibrum cuius index est *Outlines of British Fungology. Sclerotia & fungorum perfectorum societale equidem ejiciuntur* (pag. 58), at ne mycolog-i inveterata; consuetudini servientes quam ob rem offenderentur, eadem sub titulo Todeano nihilominus dinumerantur (pag. 4to). Demus porro id obsequentiaj nonnihil excusationis habere, nunquid tamen laudatus auctor jure dicere potuit *Sclerotiorum* fructus, si qui sunt, ignorati⁹.

² Super his omnibus quae temere hie adiimus, videsis

doctissimi viri K. B. REICH^{AT}, *die Monogene Fortpflanzung* (Dorpati, MDGGGLII), eruditissimam ill. Alexandri BRAU^A, dissertationem modo citatam, et auctores ab utroque laudatos. Certam praeterea argumenti scientiam facilis labore promere vales ex libro inscripto *Souvenirs d'un Naturaliste* (e tomis duobus, Parisiis, a. MDGGCLIV editis) cuius clar. auctor, Arminius a QUATREFAGES, non modo omni doctrina ornatissimus, verum etiam arlis dicendi simul peritissimus, vatis venusini praecepta quasi natura secutusest, et jucunde miscuit utile dulci.

CAPUT SEPTIMUM.

SEMINIS FUNGINI FABRICA EXPONITUR.

Etsi Fungorum semina origine et dignitate inter se manifeste discrepant, varia eorum structura ex his causis minus pendere videtur; in his propterea quae sub titulo praesenti dicenda sunt, conidia inter et sporas perfectiores, tum acrogenas, tum endogenas, ut discriminem faceremus raro oportuit.

I.

Semen dicimus simplex quando continuum est v. uniloculare, aut saltern omni cujuscunque septi sinceri vestigio destitutum; hoc tamen non obstat quin interdum diblasticum evadat. Semen autem rite multiplex ex utriculis duobus v. pluribus sociatis compingitur. At licet omnia Fune-orum semina tali discrimine in duas cohortes, praeopinante b. CORDA¹, digererè queamus, structuram eorum formamque non multo minus esse variam, quam fungorum ipsorum fabricam et molem, experti sumus.

Prae caeteris vulgo simplex et exiguum est semen ectogenum Hymenomycetum ut *Agaricorum*, *Bolctorum*, *Polypororum*, *Hijdnorum*, *Clavariorum*, *Thelephorarum* et quidem *Tremellarum*, nee non Gasteromycetum qui *Phallos*, *Hymenogastros*, *Cyathos* et *Lycoperda* imitantur. Etenim ex utriculo constat sphaericō, ovato, elliptico, lanceolato cylindricōve, recto quadamtenus reniformi, mutico, levi aut rarius echinulato, et humor ^{seu} _{em} oleosum v. plasma modo grumosum laxumque, modo contra subhomogeneum et inspissatum foveat. Quod ad coiorem attinet, nunc hyalinum et

¹ Gfr. ejus *Ankit. z. Stud, der Mycol.* p. xxxm.

achroum, nunc luscum, fusco-purpureum, cinnamomeum, lateritium, flavum, imo subaurantiacum occurrit. Color in ipsa seminis membrana sepius consistit, multo rarius e nucleo contento, plastico v. oleoso, pendet. Quod spora e basidio nata tegumentum duplex, solitam præster speciem, induat, externum nempe tenacius (*exosporiurn*), achroum v. fucatum, internumque (*endosporium*) tenuissimum semper et achroum, libentissime propter analogiam concedimus¹, licet rarissime nobis contigerit alium ab alio certe disjunxisse, et alterutrum seorsum contemplari. Quandoque, ut *Hymenogastri* manifeste testantur, exosporium saturate fucatum crassumque tunicam assumit tenuem, pallidam ac rugatam; ipsum e stratis duobus, externo tenuiore et inaequali, conficitur, membranamque vestit levem, achroam (*endosporium*), quam arte nudatam pluries vidimus. (Cfr. nostros *Fung. Hypogceos*, p.'f7.) #

Ex arthrosoris, stylosoris et seminibus illis omnibus aero- s. plevrogenis quorum permulta pro cohidiis haberi volunt, non pauca etiam vesiculam simplicem singula constituent.

Endosporae simplices Tuberaceis et *Elaphomycetibus* solemnes sunt simulque apud Discomycetes, ut[#] *Helvellaceos* et fungos pezizaformes, abundant; pauciores autem in *Pyrenomycetibus* occurunt. Membranam qua definiuntur simplicissimam vulgo diceres; talem arbitratus est clar. SGHACHT in *Helvellaceis* nonnullis²; earn autem sepius duplicem revera esse aut analogia suadet, aut certe demonstrat anatome. Exterum tegumentum plerumque leve, aliquando contra mire aculeatum (teste *Amylocarpo CURR.* et *Tubere melanosporo VITTAD.*) v. reticulato-alveolatum, sicuti *Pezizce* paucae (v. gr. *P. aurantia* PERS.) et *Tubera* pleraque exemplo sunt, deprehenditur, tuncque cuticula nomen apud clar. SGHACHT obtinet. (Cfr. ejus *Pflanzenzelk*, p. 53.) Semina intestina et solitarie endotheca *Peronosporarwn* instar sporarum *Tuberum* vestiuntur. Exosporii levis et achroi membrana tenuis endosporio de more summopere hseret et a3gre

¹ Clar. SCHLEIDENUM hanc opinionem tueri non dubitasse jam notavimus. (Cfr. ejus *Grundz. der wiss. Botanik*, ed. m., t. II, p. 95, 26 et 36.)

² Cfr. ejus librum cui titulus est *Die Pflanzenzelk*, p. 54 et 119.

divellitur; quum autem fucatur exosporium, saepius etiam crassius fit el debita arte adhibita, ab interim cellula, frustulatim saltern, secernitur. Apud *Hypoxyla* peculiariter induratur et quasi carbonaceum evadit. Crassissimum et plurimis stratis compactum vidimus in *Elaphomycete*¹. Endosporium ipsum maximam interdum nanciscitur crassitudinem tenacissimamque natural, sicuti apud *Perenosporas*, *Syzygitem ei Tuber a* videre licet, tuncque sine negotio ab omni tegmine eaaietur. Contenta (*nucleus*), e guttulis v. grumulis oleosis, quandoque saturate, vel nitide fucantur, *Erysiphis* et *Polystigmate* docentibus.

II.

Semen multiplex, exogenumsit aut^{endogenum}, et cujuscunque di^{nitatis} videatur, ex utriculo primum simplici, subinde autem septis partito provenire solet. Septa endosforarum qua³ parallela nasciuntur, soapius impari numero sunt; etenim primogenitum vesiculam germinalem in duas partes aequales dividit, quse poste'a simul ipsse dimidiantur. Semina ovata, oblonga v. linearia nonnisi dissepimenta transversfja et parallela primum admittunt, quibus deinceps longitudinalia, si postulaverit typus, accedunt; haacce autem numero et directions minus constant. Semen multiloculare formam globosam rarius obtinet; inter^U Ustilagineos funo-illos et *Fumaginwm* gemmas tale reperitur; iterata et circumambiente o-emmatione potius quam partitione ortum aliquando videtur.

fijusdem tegumentum ssepius certo insignitur colore, nee raro stratis superpositis et dissimilibus efficitur; quandoque etiam semen in lot vesiculas discretas, quot loculamenta exhibit, arte analytica dissolvi potest. Locelli singuli endosporio proprio et nucleo plastico peculiari gaudent, nee quasi alii aliis necessarii vivunt. Quod enim ita se babeant, germinatio comprobatur. Sunt etiam semina composita, vulgo linearia, qua' in articulos liberos stato tempore natura solvuntur, testibus *Propoli Ber-*

¹ Cfr. nostrosFuw#. *Hypogceos*, p. 22-9/1. Ibidem p. AG *melanospori* VITTAD. Accurate etiam de *Tubcnim* seminibus 48, tab. vii. fig. i, 7. analysim videoas sporarum *Tuberis* scripsit Joannes ZOBEL, in CORDE *Icon. Fung.* t. VI (i85ft).

kelceana MAZER. (*PI. crypt. Gall.* fasc. I [1853], n. 1U) nee non *Sphceriis* illis claviformibus quae in *Elaphomycetibus* et insectis variis parasitantur.

Quod ad dignitatem comparatam seminis simplicis et multipartiti, hoc nobis a ratione non abhojre videtur, nee aegre credendum, puta Mycetibus inferioris Ardinis ssepissime spflras compositas, superioribus autem potissimum spofas simplices impertitas fuisse; quod pace cl. OSCHATZ dictuti velimus¹. Quae de fructu jure dixeris, ita et de semine; atqui num ipse etiam offenditur laudatus auctor pepones herbis humillime reptantibus mole immanes haerere, glandes autem quercubus? Semine perexiguo simul propagantur herbae pusiilae ut *Exacum Jt^forme* WILLD. *Radiolce* et *Cuscute* nostrates, nee non arbores praealtse sicut *Tristanice*, *Eucalypti*, *Betutce* et *Alni*. Ex altera parte *Crescentia* et *Lodoicca*, nobiiissinlae arbores, super seminis aut fructus crassitiuiine Cucurbitaceis vix cedunt. Orbis enim terrauei Conditor et rector omnja ita disposuit ut summa harmonia ex universa dissimilitudine oriretur et singula quseque suum locum aptissime tenerent; consilia autem sua nulli mortalium aperuit et (tmundum fftradidit disputationibus eorum.» (*Eccles.* in, 11.)

III.

Nucleus seminis, turn simplicis, turn compositi, modo tantum' ex Hu- more oleoso, pallido, flavidb aurantiove, in guttam unicam coacto aut in guttulas plures diviso, modo simul e plasmate granuloso et saapius con- colore formatur. Nucleus seminis immaturi partes dissimiles sociatas ut plurimum exhibet; spora autem maturata, vulgo totus unius sortis evasit, liquidus nempe et oleosus vel e grumulis compactus. Oleum ineunte germinatione turbidum fit, inspissatur, in grumos verlitur solitamque plasmatis vegetabilis induit naturam.

Nucleus solitus quandoque in guttas secundum normam regularem s. constlhem ita scinditur, ut ad quorumdam Fungorum typos recognoscendos adhiberi valeat. Guttulaa autem nunc pro tot nucleis v. cystibla-

¹ Cfr. *Act. Acad. Nat. Cur.* t. XIX, part. II, p. 669.

stematibus (*Zellkernen Germanis*), ut Arminio SGHACHT (*Pjlanzenzelle*, p. 52 et 54) et Antonio a BARY (*Ueb. Brandpilze*, p. 15), nunc pro sporidiis s. sporidiolis¹, apud plurimos auctores perperam (saltern ut opinamur) habentur; namque sub germinatione in unam oamdemque plasticam mollem, dum septa non obstent, coale*scunt, aut simul in^fferminis usum consumpta evanescunt, nee tot blastemata discreta, nW dissepimenta intercedant, constituere videntur.

IV.

De appendicibus setiformibus quae prater aouleos, cristas reticulatas, v. tubercula ubique insita, ipsae numero parcissimo semper definite, seminum iunicam frequenter adornapj, obiter diceridum est. Apud Pyrenomyctes praesertim occurunt. Synplices sunt (ex. gr. apud *Excwulas*, *Sphceriam Taleolam* FR. etc.) aut rarius brachiatee s. jamosae, sicut in quibusdam *Hendersoniis* et *Pestalozziis*, neq; non in *Dilophospora* MAZERII videre est. Ex utroque vel alterutro seminis apice, rarius e subextremis ejusdem articulis, *Excipulis* mortstraiftibus, in^dum ex ventre, teste *Sphwria Taleola* FR. oriuntur. Ad quid semijii prosint aegre dicendum, pkraeque germinationis tempore pereunt. Nos autem edocuit *Spheeria* quaedafiti², *Cirsii* nostratibus, arefactis, hien^e insita, appendices terminales, etiam contortas, agermine filiformi premature nato interdum provenire, quod, data maturo semini opportuna occasione, in filum assuetum

¹ Cfr., verbi gratia, PERSOONIUM (*Champ. Comest.* p. 134) de *Stilbosporis* loquentem;* cl. DUBY (*Bot. Gall.* t. II, p. 876 et 877) et clar. LEVEILLE (*Annal. Sc. nat.* ser. 11, t. XI[183g], p. ia, et ser. in, t. V [1846], p. 253), de Uredineis, *Erysiphis* et *Peziza smaragdina* LEV. (*Trochilis* Mazerianis analoga) verba facientes; clar. DESMAZIERES in suis *Plantis Crypt. Gallice*, passim; cl. MONTAGNE in scriptis permultis; Ludov. RABENHORST in *Hedwigia*, passim, etc.

² SPHTERIA PRJICOX Nob. conceptaculis laxe gregariis. discretis, sessilibus, nudis, globosis, in rostellum nigrens, breve, rectum, crassum oreque rotundo et minimo pervium tenuatis, adpresso tomentellis, luteo-virentibus, singulisque e pariete tenuissimo, molli et fragili exstructis; nucleo pal-

lido (m aqua solute); thecis prdongis, superne cylindrici. crassisque, inferne exiliter attenuatis, octosporis; paraplyibus liliformibus, continua simplicibusque; sporis oblique ordinatis, obovato-oblongis, rectis, in medio angustatis continua, o^n-, o,5-o3&longis, o", o13-o16 crassis, nee non utnnque obtusis et appendicula longa, crassa, flexuosa; ac circinata (germine praeformato) instructis. — Nascitui (Modoni, prope Parisios) sero autumno, in caulis emor tuis et putrescentibus *Cirsii palustris* SCOP, ac j^tissimum solo tenus. *Sphceriam ovinam* PERS. quodam niodo imitatur Sporae sato3 tument, bi-aut triloculares trosa-que evadunt appendicula autem germina facta? magis ac magis elongantur et in ramos discedunt.

lonffius protrahitur; inde fungilius de quo sermo est mirum *Rhizophorce* et consimilium, quarum embryo in ipsis penetralibus ovarii matri haerentis germinare incipit, suo modoyidetur exemplum repetere.

r.

Non possumus etiam quin pauca verba faciamus de sporarum thecarumque natura clymica.

Animalium pellis diversarumque ejus appendicu[m], ut pilorum, squamarum piumarumve, si memineris, nee non et quotidian* experiential qua satis superque demonstrate, partes has putredini et omni corruptio[n]is causes, pras reliqua materia olim animalis vitæ participi, diutissime repugnare, tune minus miraberis cur exteriora vegetabilium tegmina et quidquid in eis vices epidermidis agere soleat, naturam propterea p[re]eculiariter tenacem et aegre corruptibilem obtineant. Hujus modi sunt seminum tegumenta in quolibet regni vegetabilis online; quare apud Fungos quorum substantia vulgo diutius quam caeterarum plantarum in acido sulphurico intacta demergitur, sporarum tunica eodem liquore non tenuatur aut solvitur, nee nisi kalio ebulliente ad nihil redigi videtur. Propterea ideo, monente Arminio SGHAGHT (*PJlanzenz.* p. 53), extimam protophytorum cuticulam de cbimicis virtutibus imitatur. Hisce eo ditior rem se praebet quo crassifl[ora] est et saturatius fucata. Quacunque causa semen perierit, exosprium (cuticula SCHACHTIO dictum, si infuscatur) caeteris ejus partibiis aliquandiu superest et ultimum corrumpitur. Exemplo sunt spore atrse v. atro-purpureae *Elaphomycetum* quorum analysin chemicam, gratia ciarissimi BOUCHARDAT, olim evulgavimus. (Cfr. *Ann. Sc. nat.* ser. ii, t. XVI[i8/u], p. 27.)

Sporae contenta oleosa, nonnisi absoluta illius matuntate, suas omnes obtinent virtutes. Ex iisdem plerumque pendet fungi odor, sapor, imo et aliquando color intimus. Etenim nemo nescit *Tubera* immatura, intus nondum fucata, insipida simul et inodora deprehendi. Idem de *Elaphomycetibus* valet qui maturi pierique gravissime olent.

Quidquam oleosi una et viscidi, apud fungos Uredineos spermatiferos, odorem quo insigniuntur¹ etiam excipere videtur, et humorem pariter suaveolentem, e florum toro vel nectariis saepissime sudantem, in mentefti revocat. Quod spermogonii s. pycnidis *Clavicipitum* odor peculiaris et quasi spermaticus spermatiis ipsis s. stylosporis oieo fartis potissime debeatur, vix ambigitur. Neque aliter, ut opinamur, senfendum est de fetido *Phalli Clathrique* latice. Contra temerarie profecto fragrantiam *Agarici Prunuli* SCOP, *odori* BULL, *radicosi* BULL, aliorumque suis sporis integrum tribueres; hoc enim certo certius est plurimos fungos, ut *Sclerodevmata Lycoperdaque*, gravissimam olentiam aiiquando spargere antequam semina sua maturaverint, maturosque aliter fetere².

Ascorum naturam chimicam, procedente aetate variam, etiam periclitans est Arminius SCHACHT quern iterum citare juvat. Eorumdem membranam ut caeterorum parenchymatis fungini utricularum, acido sulphurico probe si madefeceris, postmodo totam solutam vides; kalio contra resistit; inde sequi videretur earn ex materia ilia fingi quam *cellulose* dicifnt, licet tamen, iodo et acido praedicto simul agentibus, colorem caeruleum ducere non soleat. Quin imo membrana funginā, auctore Qodem SCHACHTIO (*Pjlanzenz.* p. 54, 134, 144, et passim), per iodum et acidum e sulphure cse rulea non fit, etiamsi kalio liquido prius incocta fuerit.

Quidquid plasmatis et humoris oleosi in asy[^] junioribus et sporis continetur, iodo affuso saturate rubeo-fuscum ^ luteo-fuscum evadit (cfr. nostr. *Fung. Hypog.* p. 44, tab. vu, fig. i, 6 et 7); laete contra rubescit (sicut apud Lichenes), saccharo simul et acido sulphurico adhibitis (cfr. SCHACHTH *Pjlanzenz.* p. 53 et 54, lab. 11, fig. 1 o et 14).

Quod ad uteri seminiferi parietes attinet, modo tenuissirni deprehenduntur, modo contra adoo incrassati ut e stratis pluribus superpositis facti

¹ Cfr. alteram nostram de Uredineis dissertationem, in *Ann. Sc. nat.* ser. iv, t. II (1854), p. 118.

Hue etiam adde fungum byssinum, nondum fertilem, ipsum odoris esse capacem. Cujus rei vulgari exemplo est, apud nos, mycelium quoddam niveum, in foliis quercuum humi delapsis himantiiforme, *Agaricique porrei* FR. *allia-*

cei JACQ. vel *prasiostnkFn.* primordia sane sistens, ex quo odor allii quam excitatissimus sero auturano allaiur. Idem cum exsiccatur, inodorum fit; humectatum vero iterum redolet; quare cementiferam glebam *Elaphomycetum* imitatur. (Cfr. *Annal. Scient. nat.* ser. n, t. XVI [1841], p. 18.)

videantur. Clar. BERKEL[^]US talem primus¹ in *Sphceriis* nonnullis indigavit fabricam, quam vero aliter interpretatus est clar. CORDA. Nisi tamen propria decepti fuerimus experientia, veremur ne illustris hie pragensis mycologus structuram membranae uterinae quandoque multiplicem offendi temere negaverit². Ex his saltern quae in *Fungis nostris Hypogceis* (p. kk et 45, tab. vn, fig. i, 6) exponuntur, patet *Tuberis* ascum, acido sulphurico caute medicatum, tunicam externam maxime primum tumentem ac subinde totam solutam et evanescentem exuere, tenuatumque sed tenax in liquido exedente aliquandiu integrum permanere. Modus praeterea quo asci madefacti contenta integra et compacta exeunt s. protruduntur (vidreas supra p. 43), tubum ilium v. cylindrum interiorem qui jampridem BERKELEO nuperque[^]lynceo N. PRINGSHEIM innotuit, aperte denuntiant³. Asci ex multiplici pariete apud Lichenes minime rari occurunt.

Funginum parenchyma aegre per iodum caeruleo infici colore, propterea que a lichenina materia⁴ valde recedere constat; qua de re autem nimis absolute loquitur (loc. sup. cit.) Arminius SCHACHT, quandoquidem ipse in fungina incident filaments quibus debito de more tractatis caeruleum induxit colorem. (Gfr. *Die Pflanzenz.* p. 140, et *Lehrb. d. Anat. a. Phij. d. Gewechse* [1856], p. 162.) Arminio HOFFMANN auctore, fungina compages quae lamellarum meditullium, apud *Agaricum phalloidem* FR. sis tit et basidiis substentikur, aut stipitem *Agarici campestris* L. sub annulo vestit, nee non et tunica sporarum eorumdem Hymenomycetum, cum in aqua per dies nonnullos submersae jacuerint, iodo dein acidoque e sulphure simul affluis, colorem inde assumunt *Viola** aemulum. (Cfr.

¹ Videas collectanea anglica qua? inscribuntur *Magazine of Zoology and Botany*, t. II (1838), p. 222-225, tab. vn, fig. sup.

² „MU von unS untcvfd)tcn @cf)ldud)c beftanben bet md)r „benn taufen ^iljcn, au^ ciner cinfad)cn Jpaut. Man tvnlt imi „§dute gefunben f^aben, e^ bürftcn toofjl aber nur bic duffere „u. innrc SBanb einct u. betfeifcn bicfem ed)taud)f)aut gewefen „fein.,, (CORDA, *Anleit. z. Stud. der Mycol.* p. xxx.)

³ Miramur quod clariss. DUBY de peculiar! thecarum apud *Sphwriam scirpicolam* DC. explicatione quam exposuit N. PRINGSHEIM (*Jahrb. für wiss. Bot.* t. I (1867), p. 189-

192, tab. xxiv A), sequentia scripserit : rrJ'ai examine* et cc etudie' sous le microscope des milliers et des milliers de rtheques d'Hypoxylfe prises sur le frais, et je n'ai jamais rr vu rien de pareil au phe'nomène décrit par le savant professeur de Berlin?) (Cfr. *Biblioth. univ. de Gen. [Arch, des Sc. phys. et nat.]* ser. alt. t. II, p. a4i, innota [m. julio a. MDCCCLVII])

⁴ Cfr. nostram de Lichenibus dissertationem in *Annal. Sc. nat. ser. m.* t. XVII (185a), p. 44, 45, 5g, 61, 63 et passim; nee non Gulielmi NYLANDER *Synopsis method. Lichenum*, 1.1 (1858-1860), p. 2-4, 25, 26, 33 et passim.

PROLEGOMENA.

Bot. Zeit. I XIV f. 18561, p. 157 ^{rt. 4} K^o w^usc^o in tact liquoribus pariter c^{*}rulea fiunt, dlecle cL [^]I cj 7 ! intima medaque sporangiorum ^{fr^Yui} ta stratiophori et condita ijsa plono[^] S [^]T Z [^] integer *Protomyces mucrosyorus* U_{NG}. (Cfr. [^] 7 ... ^{...L...} ^{A...} ^{...T...} ^{...u...} ^{...n...} ^{...*} *Akad.* *r r^o. « fc^o, ad mensei _{ma}Z a d MDCCan, »

Unicum vero hactenus novimus fungum scilioo, *mylo um encepkaloium* *C_{mR}*, e Tuberaceorum ordin^e, Zi stol i . ? dissoluto aspergatur, lichenis instar fere ex olio ' 7 [^]T [^]S_o effi-?lur; **P**anter ta_me, se hate, apud ^pL Z^s [^]t r¹ 6 1 1 8 obturari ^{ZTITT} medius ^W ex ^N apex TM obseruat^un, posteaque ^N obturari ^{obseruat^un} i L^r clar. ^W ^N TM ^{obseruat^un}, posteaque nobismot ^{co} i L^r ³ [€] ora Arm_{lnil} · HOPTM_{ANN} experimenta, super *P*_{eaza} *eJulZZ*[^]-*T*_u ommbus .ndubiun, faciunt. (Cfr. *Bot. Zeit.* loc. sup. ^{ch}" \T ^{**}) « » [%] *nonarie* *M* flores appendices, smufi causa agente ^S_bit. ^{ff} ^{..} t.TM VI, p. 318.) -lore ini na ntu, (Cf, *u.* *Sc* [^]*J* ser. IV,

¹ Gfr. collectanea quibus titulus est P_T O C [^] [^] o/M_e , pf

libus nostris Historiae naturalis, ser. X (1858), p. 200-204.

² Cfr. * * * <<.ae * ^M ^VB..., , , S. *confuente* N.Y. (*S. pedunculata* Dicks. depauperata), in *Annal. Sc. nat.* ser. IV, t. III, p. 148 (a. D. MDCCCLV), nec non *Synops. meth. Lichenum*, t. I (1858), p. 3, not. 1.

ysiphis commentationem in *Ann.* 56), p. 318, in nota. uper videoas ejusdem auctoris accuratam dissertationem de seminis fungini ^{rm} ^{xxii}; neque enim solas Fungorum sporas, sed etiam eorumdem substantiam vegetam, arte chimica multimodis periclitatus est (p. 308-314 et passim).

CAPUT OCTAVUM.

SPORvE GERMINANTIS EVOLUTIO, VARIAQUE MYCELII NATURA.

Fungorum semina cujusvis sint dignitatis et quolibet nomine salutari mereantur, eodem fere modo, initio saltern, vitam tradunt quam fovent; proplerea de singulis eorum generibus, sub germinationis titulo, discriminatim loqui non expedit.

I.

Sporae permultae ubi demissee vel eructatae sunt, tempus locusque si faverint, cito germinant; plurimae contra nonnisi elapso certo post maturitatem absolutam tempore, germina edere vedent. Hoc saltern ita interpretati sumus quod a nobis toties accurate recentes satae, quaedam germinationem saepius pertinaci^{^r} detrectaverint. Beat. J. SCHMITZ bene multis de seminis fungini evolutione institutis experimentis, sporas recentes citius quam annosas germinare, nonnullas tamen, etsi plures annos natas, ad germina exserenda non pforsus inhabiles esse percepit^r.

Aer tepidus humidusque sporarum germinationi maxime favet. Eidem contra prorsus obstare acidum carbonicum azotumve, cl. SCHMITZII praelaudati periclitationes docuerunt. Semina qua? in plantarum aut animalium humoribus vigere solent, in aqua pura, ut unicuique facile praesentiendum erat, germinationi diutius repugnant. Sporae, v. gr., *Mucoris Mucedinis* L. a SCHMITZIO seminatae, intra horas quinque in succo meli-

¹ Cfr. *Ada Soe. Hist. nat. Borussice Rhenanw*, ann. n (1845), p. 4-7. Clar. P. DITCHARTRE (*Rev. Bot. I.* I, p. 536-539) Schmitzianoe dissertationes compendium edidit.

melorum, nonnisi autem intra sedecim, in aqua pura,*ex9equatis cseterum omnibus quse ad rem pertinerent, egerunt germina.

In Fungorum seminibus serendis, germinibusque observandis, summa cura et attentio ab observatore requiruntur, ne faciles in errores adducatur. Dummodo enim sporse in aqua pura satae, fda exerere aliquantulum cessaverint, nonnullise putredine corripiuntur, quare inqumere animalculorum legiones cito superveniunt, intentis oculis moleste officiuntur, •imo sporas aequivocas referunt. Prseterea cum experimentum vel accuratissime institueris, inter sata non raro apparent aliena corpuscula quse unde proverint segre dicas; tuncque cautissime cavendum ne ista si germinaverinl, quod frequenter accidit, pro seminatis imprudenter habeantur¹. Perielitationes huic errori eo majorem prsebent ansam, quo magis diurna obseruatione illis opus est; atqui nonnullas si exceperis *Mucedines*, quarum vita intra paucos dies tota absolvitur, Fungorum germina lente crescunt, ut vix ad hanc diem alicui contigerit eorum vegetationem ad tempus usque fertilitatis prosequi. Quare scripsit clar. LEVEILLE : « On aurait sans con- «tredit relolu le probleme le plus curieux et peut-être le plus difficile de <rla mycologie, si on était parvenu à faire lever, croître et fructifier une vspore, v (Ann. Sc. nat. ser. 11, t. VIII [183y], p. 321.) Qua3 verba nobis in memoriam revocant sequentia iljustris SCH^FFERI, de Fungorum propagatione et sexu dicentis : »2Mf) einc f^one unt» pte 2t>et tecire eg, men »3enKmb aut^ um biefeS Stiicf ber 0?aturmfffenfc^aft fid) berbtentfltc) macfym, unb auf mcf>rere unt) ./genauere (Sntberfung ber gort^P(tniung ber ©cfytoçimme ^lcf§ unb SSeolbo^tungen »eraenbeti ,trvoUteiu (SCH^IFF. *Vorkeuf. Beobacht. der Schw. umRegensb.* [1759], p. 17.)

Non quod velimus his prsefatis celeberrima magni MICHELII, reubique «fidi²,w ait FRIESIUS (in *Linncece* t. V [1830], p. 503), de Fungorum

¹ Qua de re conferas modo laudatam clariss. Arm. HOFFMANNI commentationem de Fungorum germinatione, in PRINGSH. *Jahrb. for wiss. Bot.* t. II (1860), p. 300-30a.

² Memoria illustris magistri florentini id profecto parum curat quod fastidiose, imo contemptim habeatur a Casimiro MEDICUS, cuius commentiarum de Fungis opinionum (in *Actis Soc. Scient. phys. Lausannensis*, t. III,

[1790], p. 71-97) omnis memoria jampridem legitina oblivione deletur. Has injurias vindicant amplissimorum mycologorum suTragia; pfeter Friesianas laudes, Persoonianas et memorare liceat. trMICHELi (inquit ill. PSRSOON). itque Ion peut regarder comme le fondateur de nos confrainances modernes pour la branche de la Botanique qui traite des plantes cryptogames. et qui, apres CESALPIS, «était l'un des meilleurs g^nes systématiques qu'ait vus

ortu et incremento experimenta¹ tantulum detrectarfc; neutiquam enim nos fugit quanti smo tempore valuerint ad tuendam et promovendam sanam illam doctrinam Aristotelicam, omne \i\rai ex o\o a\it semine provenire. Solita autem partium exiguitas vulgo, prorsus obstat ne tuto affirmare possimus funginam plantam nunc fructiferara ex ipsissimis seminibus quae antea nos ipsi severimus, originem reapse traxisse. «Pono, rait M. EHRENBERG (*Sijlv. Myc. beroL* [1818], p. 5), nos vel scire cum ffinagna verisimilitudine seminum ope propagari Fungos; nescimus tare men, neque unquam compertum habebimus, sitne talis plantula ex rrerto quodam seminulo orta, an ex alio ji&ta hoc posito et aliunde al- ec lato; praesertim cum quae plantula prior adest aut validior vegetat, rrinterdum, fortassis saepe, impediat ne alia in eodem loco habitat. v Evidem iterates disquisitionibus, sicuti Michelianis, idem semper si successerit, iis ut fidem adhibeas legitimam causam habes; ab errore autem tutus non es quo singula quaeque experimenta pariter infici potuerint. Ut rem omnino persuasam habeamus, multa postulantur quae rarissime simul occurunt; hoc si contigerit, et quidquam certi tune si nactus fueris, postea de reliquis paribus, analogia duce, legitimum judicium facis. Id causae sane est quod experimenta majori fide digna e fungillis Mucedineis repetita sint. Longe autem abest quin neminem deceperint.

rmafle 1'Italie... * (PERS. in DESVAUX . hum. de Botanique, t. II, [1809], p. 6.)

¹ Conferas MICHEL Nova Plantarum genera [1729]. p. 13f-i 36. Plurimum abest ut fungina semina qua3 periclitatus fuerit, ejus exspectationem pari modo omnia susti^uerint. Quod ad Fungos proprie dictos sive Agaricos attinet, rrnobis, inquit, interim tamen sulTiciat, semina rrsevisse et fungos inde natos vidisse» (op. cit. p. 137). Mucedinum autem semina in fragmentis ex peponibus, malis cydoneis pirisve, ad meta3 sen pyramidis speciem exsculptis, multifariam sata, omnia «eodem modo, cre- ifverunt, semenque juxta genus suuin produxerunt.» Hoc semen aptato solo cum denuo insperserit, semj|pque pariter ex eo nata iterumque periclitatus fuerit, crsemper eundem in illis nascendi modum» observavit, rrnon una vice tantum, sed quotiescumque et ubicunque , idem tentaverit, ac sine ulla prorsus discrepantia, exceptis rtemporum differentiis. (Cfr. op. cit. p. iSj^tab. 96,

fig. sup. A, B, c.) Qua3 super Mucedinum generatione praastitit Joannes GLEDITSCH, primus frtassis MICHEL discipulus, strenuus saltern illius doctinae apud Germanos promotor, ni fallimur, minus valent. Peponis fragmenta in lagenis vitreis tympano textili occlusis cum conclusisset, hasce variis in locis collocavit, paucisque elapsis diebus. Mucedines plures et fungum tremelloidem e peponis cor^uptione nata collegit, quae eo citius et laetius viguerant quo aere suffocatiore et luce parciore usa fuerant. Atqui cam generationem originariam seu asquivocam cuiuslibet <mtis prorsus negaret, theoria? contra panspermicas haeret, fungillorum semina in aere volitantia per tympanum laguncularum ad peponem usque pervenisse arbitratus est. (Cfr. collectanea quaa inscribuntur *Hist. de l'Académ. des Sciences fa Belles-Leitres de Berlin*, t. V [ad a. I. MDCCXLIX, postea autem, scil. a. MMCLI edit.], p. 26-3s; aut das Hamburg. Magazin, t. VIII [17511, p. 409-418.]

Hie tamen citenfus verba maxima? auctoritatis. «Sporidia sata, inquit KFRIESIUS, speciem e qua sumpta sunt fideliter enituntur,» at varias ob causas experimentum non semper bene succedit. «Sporidia plerumque «primo anno non nisi «mycelium agunt, wsequente autem anno, imo wtertio tantum, et forsan adhuc serius,» fructus edunt. Celeb. WEINMANN e sporidiis disseminatis *Agarici lepidei* FR. (*Syst. Myc.* t. I, p. 176) jam eodem autumno mycelium, sequente autem anno, iterumque tertfo, adul-
tos fungos habuit. Quare Fungorum sporidia germinare, «rem tarn notam «esse» pronuntiat suecus magister modo laudatus, «ut fructificationis «Fungorum inimici non deñegent;» praetereaque «ex eisdem sporidiis «semper idem mycelium, ex eodem mycelio eamdem fungi speciem sem-
wper prodire. (Cfr. *Linnwce* t. V [i830], p. 503 et 5 oft.)

Plantam funginam statuto tempore fructiferam e singulis sporis, arte nostra naturave disseminatis, oriri demonstrant experimenta ab ill. EHRENBERGIO et Frid. NEESIO ab ESENBECK super *Mucore stolonifero* EHRENB. olim institute¹, et maxime quidquid tentavit clar. MONTANHIS noiter de *Botrytidis Bassianae* BALS. propagatione per semina vel conidia quibus hie fungillus entomoctonus abundat. (Conferas ejus dissertationem in *Annalibus Societatis Sericicolw*, tomo XI [ad annum MDGCCXLVII], pag *ink-188*²

Omnis inter mycologos qui fungorum Mucedineorum germinatio-
nem experimento cognoverunt, non absque laude item citandus est Joseph SCHILLING qui^{*} *Penicillium glaucum* LK. e sporis aptato loco seminatis mul-
tiplici vice redux obtinuit. Sporas hasce quoad diametrum duplo mayores
ante germinis ortum fieri, nativamque formam sphæricam in ovoideam
propterea mutare, postea autem, germinibus in dies protractioribus fac-
tis, utriculi globosi speciem iterum induere, compertum habuisse sibi
visus est. Rami fructiferi, e germinibus accretis nati, intra paucos dies

¹ Cfr. EHRENB. *de Mycelogenesi*, p. 198-203, tab. xi,
fig. 1-6, et in *Flora ratisbonensi*, t. II, p. 534-542; NEES
ab ESESB. in *Flore* tomo eodem, p. 527-534.

² Videsis euam in iisdem collectaneis, de citata *Botry-*
tide, *commentationes beati Victoris AODOUIN* (t. II, ad an-

nuin MDGCCXXXVIII, p. 188-220, cum tabulis duabus),
et clariss. virorum GUERIN-MEÑEVILLE et Eug. ROBERT
(t. XI sup. cit. p. 122-174, tab. i-vm). Fungillus, recen-
tiori tempore, apud clariss. MONTANICM (*Syllog. PL crypt.*
[i856], p[^]Soi) *Stachyldium Bassianum* audit.

CAPUT OCTAVUM.

in ramos moniliformes, nimirum e sporis innumeris .catenatis totos ex-
structos discesserunt. (Cfr. KASTNERI *Arch, fir die gesmimte Naturlehre*,
t. X [1827], p. kzq-kki, tab. iv et v.)

Veterum ut TURNEFORTII observationes de *Agarici campestris* L. cultura, minus ad argumentum nostrum illustrandum conducunt, quandoquidem, licet hi scientiae patres semina fungi istius in fimo equino haud secus latere, atque germina *Agarici* cujusdam deliciosi (Ag. *Enjngii* DC.) in radice *Enjngi*\ ta"bescente v. corrupta apud Galloprovinciales redundantur, talesque Tungos e summis mycelii (*hanc de champignon* TURNER.) brachiis incrassatis proA^enire arbitrentur, ma tamen fertilia filamenta e seminibus exire non viderint. (Cfr. *Histories Acad. Sc. par.* tomum ad a. MDCCVII spectaHtem, p. 62 et 63.) Quidam WILL*ENOWII amicus non solum *HeiroWfftMitram* BOLT. *Morchellam esculentam* PERS. et *Agaricum campestrem* L. ex glebis pycelio scatentibus, terrae aptatae infossis, per annos plures ck)mi eduxit, sed etiam *Phallum ipsum impudicum* L. sato istius semine, suo in horto adeo propagavit, ut propter fungi fetorem, prosperi disseminationis exitus eum tandem penituerit. (Cfr. WILLDEN. in P. USTERI *Annalihi's Botanicis*, fasc. III [1792], p. 59.)¹ Paulo ante scrip-

¹ flic sane etiam locus est recordari Pe[«]^2W «BAT SCH.
quam non modo radicibus suis tuberosis sibi perpetuo
succedentibus quotannisⁿ horto publico Florentino pro-
dcuntem, sed quoque e seminibus humi delapsis exortientem
vidisse asseverat illustris MICHELI (*N. Plant. Gen.* p. <05.
n. 5 tab. 86, f. 10). Vascones agri Tarbellici, auctore
THORE, decoctum e Boleto eduli BULL, et Agarico Palomet
TH (*Est d'une Chlor. des Landes* [i803], p. ^77) quern
ad suam *Bussulam virescentem* trahit El. FRIESIUS (*Epicr.*
p. 355 n. 19), in quercketis humi fundere solent, confi-
dentes se deinceps largam fungorum messem ibidem collec-
turos; eorum enim spes, ut aiunt, plerumque, minime
fallitur. (Cfr. PERSOONH librum inscript. *Champ. Comest.*
P. 16, in nota.) Paucissimis tamen bene successit fungos
maiores e seminibus educare; idcirco nuper sequentia-
scriptis clar. Arminius HOFFMANN : „Die 3 U[^]faat ber
^ Lten »on ertyiljen auf bie @the ^ctnt nur €ufcrft
elinaen. 3ir iff in einer fRei^c »on 3a[^]ren bi[^]
en „Lte IV i* mit ciner ganjen 3lnsatl ber gjemtn^cn gi^cift^c
"Id c' fol^e @aat^e etfft^e anjeUte, m ** mannidifaUigflen
" I for fdltqften ^ercitung bc^c »obcn^c auc^c nt^c t cin enji^c.
,,p \oxfa „ „Ap^clmMn „ (Cfr N P R A H . Jahrb.
„ger ganj retnre Call gciunytu.rf ^m. *~

/. *wiss. Bot.* t. II [i860], p. 337.) Feliciorem exitum ill.
BERKELEY augurari contra videtur de experimentis rite institutis, licet, ni fallimur, ilia potissimum suadere voluerit quae mycelii nee sporarum ope tentarentur. (Cfr. ejus *Outl. of Brit. Fungology*, p. 77-81.) *JEgre* enim intelligitur cur vulgare *Agarici campestris* L. exemplum, quern fungum ars humanaⁿa* dudum quasi in servitatem ass*Qruit et* plantam fecit olitoriam, nullum* fere hactenus i*itfnxeril* hotfulanum ad fangos alios paris majorisve pretii domi item colendos. Quidquid unquam tentatum fuerit de tuberariis constituendis olim exposuimus (cfr. nostros *F. Hypog.* p. 166-168); pauca tamē super eodem arg^uimento etiam videas in libro clarissimi BERKELEY modo citato, p. 77 et 78. *Geaster ille jloriformis* VITTAD. qui tam diu prospere viguit in caldariis Horti Parisiensis, invitis quidem hortulanis (cfr. *Ann. Sc. nat. ser. 11*, t. XVIII [i84a], p. i37 [sub *G. rufescente* PERS.]. et *Fung. Hypog.* p. i58), nonne unquam solerter quemdam monebit et adhortabit ut novas colendi rationes periclitetur?

Beat. PERSOONIUS qui Vasconum practical loco supra citato notarn facit, haud immerito miratur quod sporae, absoluta fungorum coctione, omnem germinandi facultatem

PROLEGOMENA.

serat BELVISIUS coirfpagem illam *blanc tie champignon* dictarn, nihil aliud esse quam semin^m germina implexa, unde resticulae origintiw quae fungorum rudimenta foveant, iisqiie tandem evolutis adferant nutrimentum,

nondum amiserint. Praedicato ejusdem \$raxeos exitu et nos ipsi eo magis obstupemus quod semen madefactum longe facilis calore opprimitur et destruitur quam siccatum. Nee minus incerti sumus de seminis elixi germinatione quia TURPINIUS Vasconum morem probare videretur dicens: «Les séminules des Champignons que l'on fait bouillir n'en rrsont nullement altérées... &ant ensuite versus avec l'eau rrsujil#territoire qui leur convient, elles y germent par rrfaneihent et abondamment.» (Cfr. *Act. hebdom^{ificad.} Sc. par.* t. VII, p. 400 /i. xx m. augusti, a. MDCCCXXXVIII); *Repert. Chim.* t. IV, p. 273, et *Act. Acad. Sc. par.* t. XVII [i840], p. 150.) Ifcngonim sporae, auctore SCHMITZIO (in *Actis Soc. Hist. nat. Boruss. B^{manS}*, anno II [i845], p. 1-7), arte si calefaciuntur, inaequo modo vjtam retinent. *Trichothecii rpsei* LK. semina calorem 55°-60°* R. excedentem in aere sicco tolerare nequeunt, et longe températiore, scilicet 10° R. in aqua enecantur. *Penicillii glauci* LK. germtna fungillum renovare non valent, ubi in aqua ad%9° R. usque calefacta immersa fuerint. Spora? autem *Pezizce repandqi* FK. qua? in aere sicco calorem 11 o° R. sustinuerant, satae germinarunt; perierunt centra in aqua fjong-3 minus calente, n'empe 5i° R. tantummodo declarante. Glariss. MAUDUYT, pictaviensis, in omni reruin naturalium scientia exercitus, ifc cuius in societate primam earumdem notitiam percepimus, olim deprehendisse sibi visus est pulverem *Oidii aurantiaci* LEV. (*Penicillii sitophili* MNTGN. in *Ann. Sc. nat. ser.* 11, t. XX [i843], p. 377, tab. xvi, iig. 4; et *Sytiog. PL crypt.* [i856], p. 30i) farinas subactae commistum, deinceps in furnum ardensem conditum, exinde non incolumem retrahi, ita ut panis si corrumperetur, causam minime omnino in pulvere inclusio seitiniMminibus ex aere delapsis versari a^bitraretur. Expertu quoque est panem hesternum ex omni parte *Oidio fo&latissimum*, cum in aqua per sesquihorae spatium incocitus fuisse, e mucidine contenta nunquam iterum corrupti aut pulvere lateritio novo inquinari; eumdem vero simili coctione quasi expurgatum aliena *Oidii* semina ex aere decidenlia vel arte sibi inspersa libenter suspicere, ut intra biduum totus lateritius evaserit. (Cfr. *Epist. ad Pictorum ediles missam*, die xxx m. oct. a. MDCCCXLVII.) Recentiores clarissimi viri L. PASTEUR de Mucedineis fungillis periclitaciones cum dictis physici pictaviensis quadrant. Hoc enim evincunt, nempe easdem Mucedinum sporas qua calorem 120° aut 15°, per unius h o^ spatium et quod excedit, in aere sicco aut fistula aeris experti incolumes sustinere valuerint, aqua ebulliente quasi subito enecari; nee aliter se habere pulve-

rem e corpusculis in aere volitantibus, cui perpetuo decidenti omne fermentationis genus deberi existimat laudatus auctor. (Cfr. *Acta held. Acad.* modo citata, t. LII, p. 16-i 9; ad d. vn mensis januarii a. D. MDCCCLXI.) Cum his omnibus congruunt quae apud TURPINIOM (in Gualterii CLAUBRY *Bepert. Chimiwti.* sup. cit. [i838], p. 272 et'279) super *Torula Cervisiw* TuRP[^]eruntur; id enim fungilli, auctoribus viris illustribus COLIN et THENARD, in aqua fervescente tantisper immersum, omnem propterea, ad tempus saltern, deponit potestatem cientli fermentationei# cujuslibet humoris saccharati. Vasconum ideo agendi ratio cum doctorum sententiis pugnare videtur, solisque, ni fal-limur, experiments niti potent quibus clariss. PAYEN comperisse contendit *Oidii aura^jMv^*, semina, madefacta quidem, salvajMcetinusse gormiiimidi facultatem, postquam temperi^Bro5° et 120° pertulerint; quare periclitabundus non miratur cur panis e sejjigne feedata cito rubescat propter mucedinem cõten[^]cum penetralia ejus calorem centenorum graduum fl^Rio vix perpeti credantur. (Cfr. *Act. hebdom. Acad. Sc.par.* t. XXVII, p. 4-5; ad diem iipm. julii, annq D. MDCCCXLVIII.)

QuaBdam quoque de frigoris effectibus in sporis mycologi physique exspecti sunt. SCHMITZIUS jam laudatus compererat (vid. ejus dissert, supra cit.) *Mucorem Mucedinem* intra spatiim trium horarum germinare, dum aer temperiam 18° R. obtineret; nonnisi an tem intra sex horas, si calor ad 15° decrevisset; eumoTOique omnino torpere, aere magis frigefacto (ad -H 4° vel -H 5°). Fungos suberosos et mycelia pleraque ex gelu desiccationeque nullum fere detrimentum pati, aliter contra vulgo accidere de fungis majoribus carnosis, jam pridem constat. Utramque circa vicissitudinem quasi indifferentem se habere *Torulam Cerevisice* TURPINII, experimentis sedulo institutis percepisse videtur ingeniosissimus b. CAGNIARD-LATODR; fungillus enim nunc aqua immersus congelatus est frigore quinque graduum infra temperiem nivis eliquescentis, nunc exsiccatus et in pulverem redactus, cum nive ex acido carbonito solidi facto mixtus es#, sicque frigorem saltern sexaginta graduum infra eamdem libram mensurae thermometricae passus est, ac neutra periclitatione minus idoneus factus est ad*liquoris saccharati fermentationem promovendam, ideoque ad crescendym et mire pullulandum. (Cfr. *Annal. [parisienses] Chim. et Phys.* t. LXVIII [i838], p. 220.) *Torula* eadem, secundum clariss. COLIN jam laudatum, frigorem vel graduum —95 prorsus incolmis sustirflt. (Videas *Rfr-tor. Ghimice*, t. sup. cit. p. 267 et 272.)

• CAPUT OCTAVUM.

ut *Phaseolo* nascenti lobi ejus seminales; semina v. gr. *Agarici integri* L. in byssum abire olim a DILLENIO (*Hist. Muse.* p. 5, tab. i, fig. 9) adumbratum et pro planta autonoma vel perfecta perperam habitum¹. Ipsi tamen BELVISIO quo modo semina fungina germinare assueverint nunquam innotuit. (Cfr. LAM». *Encycl. Bot.* t. I [178&], p. 692 et 693, v° CHAMPION.) Confitetur etiam BULLIARDUS, etsi microscopio uteretur, miram seminis fungini tenuitatem, quantumvis universae harmonise naturae congruam, maxime obstare quominus illius germinatio nobis manifesta patet, et sibimet ipsi semper defuisse instrumenta quorum ope eamdem aperte contemplari valuerit. (*Hist. Fung. Gtill.* t. I [1791], p. 7.)

II.

Nunc autem exponam̄tis quid nosmet de argumento dijicerimus.

Quae enim sporae germinantis evolutione his in pagellis infra afferruntur, ea omnia, totiescunque non salutatur auctor, ex propria experientia comperta habuimus. Ita errores tutiori «nodo devitarentur, vitreis illis digitalibus semper usi sumus quorum epe primitias vegetationis sporae funginae, jnaxime apud *Tremellas*, fungos Uredineos, Discomyffetes varios, *Sphcerias* et *Erysiphas* speculari nobis jampridem contigit². Talibus enim campanellis spongiolam humidam foveritibus, lamina vitrea impositis, glintineque obfirmatis simul atque sporas satas, aqua pura vel medicata caute madefactas, contra siccationem facile tueris, omne seminis genus alienurum certo modo insuper arces; quod maximi esse momenti te^Eatur na^rus cl. OSGHATZII error, ejus pace sit dictum, circa sporae *Phalli impudici* AM. g-erminantis explicationem. Etenim cuique patet impudentem hunc observatorem, dum *Phalli* sporam (admodum exiguum, sicut omnibus no la^es est) summopere accretam et multilocularem factam intueri sibi vide-

¹ Planta Dilleniana hie citata *Byssus evanida jloccosa nivea* audit, per asseres ligneos doliorum ia cellis serpft, quare verisimillimum aestinamus nullum ei commercium esse cum *Agarico integro LimMi* seu *Russulis* recentiorum.

² Cfr. *Ann. Sc. nat.* ser. in, t. XIX et XX^t ser. iv,

t. II et VI. Commendat Arriinius HOFFMANN laminas quibus usus est vitreas, charta crassa, humida et in medio fenes-trata sejunctas; veremur autem ne instruijentum istiiis modi in tuta commodaqpe experimenta facilime niancum evadat. (Cfr. PRINGSH. *Jahrb.f. wits. Bot.* t. II, p. 298.)

PROLEGOMENA.

retur, nil nisi semen peregrinum, sporidesmiaceum prae oculis habuisse.
(Gfr. *Nov. Act. Acad. Nat. Cur.* t. XIX, part, n [18/12], p. 668-671, tab. 77.)

Sporae tegumenkim cum adeo tenue est ut e membrana unica, simplici nertipe, sicuti de acrosoris omnium Hymenomycetum censuit cl. CORDA¹, constare videatur, germen membranae istius prolationem s. extensionem diceret; quapropter solita germinis constitutio multis observatoribus, v. gr. GJERTNERO², RIGARDO³, EHRENBERGIO⁴, CORDA⁵, SCHMITZIO supra laudato et Arminio SCHAGHT⁶, ni fallimur, generatim sic intelligitur. Suadet autem analogia germen semper ex endosporio⁷ oriri. Talis origo⁸ potis-

¹ Cfr. ejus *Icones Fungorum*, t. III (1839), p. 43.

² Frustra, judice G&RTNERO , quis contendere integumenta in certis Fungorum propagulis rumpi, novellamque plantam baud secus ex eo atque e perfectissimo semine prodire in iucem; ad haec regerit ill. auctor rinterrrgumentum rumpi quidem in multis Fungorum granulis rrgerminantibus, at in nullo exui aut deponi unquam; imo Tpotiusruptas ejus partes pilei et tuberis forma persistere, Tf suamque vegetandi facultatem ita retinere ut ad integrandam formam, matri similiem, suam conferant symbolam; ftestam non ex crassitie sed ex impotentia *vegetandi ju-rrdicari; hinc quoque vel ipsum MICHELIO (N. PL Gen. *p. 136) absentiam testa? in plurimis Fungorum specibus cragnovisse, et in^jpli quis defectum ejus demonstrate esse fffacilem, ^uura vel in ipsis illis minutissimis Agaricorum rrganulis ab eodem MICHELIO germinationi traditis, di-rr stincte cernere liceat quod nouus stipes ex elongato granuli rr cortice proprio oriatur, eoque ita vestiatur totus, ut etiam trebus villis conteclus sit; id quod sane nequaquam fieri Ctuisset, si ex rupta ppodiisset testa, n (Jos. GJIRTN. de Cctib. et Seminib. plant, p. xiv et xv).

³ ffLes premiers pradpits (de la sporule) par la germination sont dus ou a une simple expansion de sa masse, trou a une procreation de "parties, par consequent non rrpresentantes a' cet acte. » (RICH, in *Arm. du Mus.* t. XVII [1811], p. hhlx.) Loquitur hie generatim celeb, auctor de semine plantae sexu destitutae. Conferas etiam illius libellum de *Fructus anahysi* (edente Duvmo, a. D. MDCGGVIII), p. 5<a.

⁴ ffQuod ad structuram sporidiorum (Fungorum), conffciuntur ilia ex membrana simplici et ab aqua interna rrsensim turbidula... Vidi singula *Oidii* sporidia ad pisi crmagnitudinem aucta, membranam vero pellucidam esse rridici et simplicem... Valde aucta sporidia, germinibus trinstructa, evidenter docuerunt epidermidem suam in germinntione non dilacerari, neque ab exeunte emhryone

rrperforari, sed.dilatari in verrucam, communemque esse rrsporulis et germinibus.» (EHRE^AB. de *Mycelog.* p. i64.) Idem auctor (in *Flora ratisbonensis*, t. II, p. 53-7, die xiv m. septemb. a. D. MDGCXX) jam scripserat Fungorum sporidia instantे germinatitēW dehiscere, germen autem secum ^poridii tegumentum trahere. „Die @^ovi, „bten bet \$ilje... (inquit) fcimen mtt cina^cm obr feltnr „bo^eltem ^eime. Safcei ^latjen ftejitctbing^ nirf-t, fonbetn fiber Seim ttdijt bté (Sv^ctmi^ beg ^otibium^ „,

⁵ Conf. ejus *Icon. Fung.* t. III, p. 16, tab. m, fig. 45, ubi de structura et germinatione *Mcidii Tussilaginis* PERS. agitur.

⁶ Cfr. ejus librum de *Cella vegetabili* s. *PJlanzeiTzelle*, p. 3,8.

⁷ Joseph SCHILLING IcefRngensis, cui accuratea observationes debentur circa *Penicillii glauci* LK. germinationem, arbitrabatur germina hujus fungilli cum e spora, quantumvis simplicissima, exirent, illius tunicam vagina³ instar aliquandiu secum trahere, postea autem eadem retracta, tota revelari s. nudari; quare sporam initio sphaericam, ovoideam germinando fieri, subinde vero iterum globosam redire fingebat. (Cfr. KASTNERI *Arch. f. d. gesammte Nuturlehre*, t. X [18*27], P* ^9" ^2 [ac potissime p. 43i el 441-442], tab. iv et v.)

⁸ TURPINII qua de re animadversiones hie citare liceat. ff II est remarquable (inquit) que lorganisation d'un grand rnombre de globules, tels que ceux du sang, du pollen crdes végétaux, des séminalles des Conerves, des Champignons, des Lichens, et enfin ceux qui constituent un vénétal entier, comme dans les diverses espèces des genres *xGlobulina* (TURP.) *Uredo*, etc. soit compose'e d'une ve'sicule enveloppant ijm noyau globuleux, comme ^lans le ff globule sanguin, ou de deux ve'sicules, Tune contenant rrl'autre, comme dans les autres cas dont il vtent d^tre ff question? 11 n'est peut-^tre pas indifferent de rappeler rque, dajye cas de germination des globules ve'siculaires

simum certissima manifestatur, sporae si tegmen ad hunc finem praeforatur, sicut apud *Pucciniarum* affiniumque et conidia s. stylosporas (*Uredim*s veteribus) et fructus perfections videre est; ita uUspora germen tune exserat eodem et ipsissimo modo quo pollen poris instructum, tubum s. filum fovilla gravidum puotrudit¹. Exosporium vero ssepius impervium est nee in f uncto definito viam aperit germini; quare recte scripsit Claudio RICHARD : «Les points de germination de la sporule sont vagues.» (iina/. du *Fruit*, p. 5a.) Crustaceum aut induratum si fuerit exterius integumentum, *Hypoxijlorum* et *Xylariarum* more, vulgo longitrorsum debito tempore dehiscit et endosporii ceflJam tumefactam revelat quse per rimam datam exstat et in germen elohgatur. Prima vitae nova? excitatae indicia s. lineamenta e cellula centrali s. endosporio procedere, eo insuper demojj^ratur quod germen semper achrourum primitus appareat, vei cum epispomrm saturatissimo colore fucatur.

Semen simplex ^*alterutft> apice, rarius e ventre, germen solitarium enitur, saepjjsime etiam germina chio terminalia, opposita et ejusdeia modi² exserit, ita ut filum exinde oriatur unicum in medio propter sporam nodosum. Germina autem opposita, scilicet e seminis polis nata, noil semper lineam eamdem bine et inde sequuntHr. Semina qua^lam (v. gr. sporae conidiaque *Sphcerice thelebolce* Yn.) germina terminalia quide"m, sed maxime obliqua educere solent. Germina qualitercumque cum semine se habeant, solitaria sint v. opposita, pleraque primum reptarit et fulciniimi tota incumbunt; plurima autem si in aqua demerguntur, em»*w]*js cito satagunt et sese in aerem attollun]; imo Honnulla aquaa omnino impatientia videntur, v. gr. gepmina *Tikhce Cariei* nostrae, et statim ac e semine exeunt stare incipiunt et siccum petunt avida medium. E germi-

frvégétaux dont nous venons de parler, il n'y a que le globule ou la vésicule intérieure qui soit susceptible d'extension, et qu'alors la v^scne ext^rieure et protectrice, rravant cessé de vivre et de croître, se déchire pour donner passage au corps destiné à perp'tuer l'espèce.^ (TURP. in *Act. Acad. Sc. par. t XIV* [1838], p. 118, in nota.)

¹ Conf. nostras de fungis Uredineis commentationes in *AnnaBussc. naturalhm*, ser. m, t. VII (i8|g, p. 43 et

seq. tab. vi et VII, etser. iv, t. II fi85/i), p. 77, tab. VII-XI. Nobis observata dein comprobarunt viri oculatissimi, ac prae caeteris Frid. CURREY et Arminius HOFFMANN.

² Aliter acciderte videtur, docente Friderico CURREY, in *SpJiceria stercoraria* Sow. cuius sporae germina duo inaequalia sirigulatim ^otrudunt, aliud simplex et longe lineare, aliud contra e filamentis quatuor abbreviatis quasi compacturn. (Gfr. CURR. in *Quart. Journ. ofmicrosc. science*, t. VII [i859]; p. ^33, tab. xi, %. 17.)

nibus in-aqua serpentibus ramusculi erecti freque Htissime nascuntur, apice mox emersi; hi soli qui assurgunt, ut jānipridem apud Mucedines iobservatum est¹, genuinos fructus promere soleut. Conidia autem quorumdam Hyphomycetum, articulata s. catenata, in aqua aut in aere quasi indiscriminatim explicari multoq[ue]ies comperimus. Gemmas prseterea protogenas seu hysterosporas quas *s^ermatia sporogena* olim cfcximiis, in aqua saepius informatas vidimus. Fungos vero aquaticam vulgo respuere vitam, potiusque aerophyta fore aestimandos, ex eo insuper sequitur qidd eorum semina, extra aquam sata, suam legitimam praf-caeteris immersis obtineant evolutionem, et q\JK inter ea quae in aqua seruntur, ilfa citius et laetius in germina protrahantur quae sine madore aqua feruntur aut sub guttae aqueae marginibus attenuatis ideoque aeri propiora jacent.

Semina plurima, sub germinationem, solitam molem gopn mutant; e minimi vero pleraque tune plus minus augentur. Permuira ad illud tempus, simplicia, septo medio v. pluribus (testificus conidiis *Cryptosporarum*. *Pypo Sphceria aucta* BERK.), micro'stylosporis *Enjsiphari*ly, stylosporis *Dothidece ribesice* FR. et *D. melanopis* TUL. endosporis *Sphcerice cmercince* PERS. *Pezizce bolaris* BATSGH. *P. Cylchnii* TUL. *P. Duriceance* TUL. etc.) turn dividuHtur, et quae matura in partes rite dissepuntur, septa nova, ut sporee-endogénae *Melanconeos wodbnice* nostrae, quandoque admittunt. Vita errim in s^mine latitans noa tota vulgo in germen exsertum transit, sed *e sem'ine' quasi ex hibernaculo nondum repudiato, contra retento serva, quib[us] longe protenditur. Multa tamen occurunt semina quae germinaado prorsus evauantur, et ne minimum quidem vitae vestigium, diebus paucis elapsis, retinent. Vita tune plasmate quasi sangue fluente vehitur, ad extremas usque germinis partes simul ac elongatur, fugit, inaniaque et cito peritura relinquit sua prima habitacula. Quare seminum istorum explicatio assiuetos mycelii adulti mores jam aemulatur.

Semina compOsita cum germinant haud aliter ^e habent atque simplicia. Gellulae quibus constant singulari vita uti videntur; extremae autem

¹ Cfr. SCHMITZH dissertatione supra (p. 85) laudatani.

vulgq pleniorem obtinent, namque priores, imo saep^sime soise, in germina abire solent. Seminis primum multiplies, autferacta germinatione partiti, elementa omnia pedetentim majora fiunt, et ea quibus, numero maxime variis, germen proferre non conceditur, proximis suum plasma, prout eo indigent, fradunj. Vita ideo seminis multipartiti e pluribus sociatis et sibi i#vicem auxiliantibus uniea fit. Semina pauca, qualia *Septorice Ulmi* FRIESIO, inter germinandum in partes aliquando scinduntur quae aliae ab aiiis iente discejdunt. Plura autem dantur semina quae linearia seu filiformia, primitusque* continua vel articulata, disseminationis tempore, ute-rique materni etjam ipsa intra viscera, irJramumera fragmenta solvuntur, indeque mirum in modum multiplicantur. ArtiStilosae tais partitionis admirabile praebent exemplum sporae endogenae *Torrubiarum* LEV. et *Cordicipitum* mycd^Snarum FRIESII (S. Vtg. Sc. p. 381).

Germen ex-%triculis singuiis seminis compositi plerumque solitarium ofitur, «t-al) omni parte germen Sporae simplicis imitatur. Utrumque cimi sufficienter processerit, ranio^ saepius bin,c et inde agit, et in articulos longitudine varios septis dividitur; frequenter etiam fucatur et mycelii adulti portiunculam plane mentitur. Germinis productio suis solis apicibus excurrentibus, qui pla~~ma~~ quasi t#tum *hd* se trahunt, mofc debita videntur; a basi autem pedetentim crassius fit, articulatum et# fucatum, jta ut extrema ejus brachia semper%plus minus exilia s. tenuata, continua simtrt et pallida observentur. Fila articulata cum senipra facta sunf, monilia quandoque referunt, sicut apud *Fumagine*s mos est.

in.

E semine ipso germinante aut e lflamentis quae genuit, parce vel abundantius interdum oriuntur gemmae peculiares ovatae, sessiles aut subsessiles, leves et pallida^ quas in *Dacryomyzete deliquescent* DUB. *Bulgaria inquinante* FR. et *Pezizis* nonnullis primum repe^tas spermatia sporogena nuncupavimus. (Cfr. Ann. Sc. rytt. ser. m, t. XIX, p. 2i3 et seq. et t. XX, p. 171"1 79') Gemm^ istae seu hysterosporae in *Dmiidea ribesia*

FR. etiam abundari% multo rariores in *Nectria cinnabarina* FR. et *Sphceria discreta* SCHW. ndbis occurrerunt. *Gongylorum* genus prsecocissimum constituunt, et in *Dothidea* modo citata haud aliter atque conidia et sporae ipsae endogena³ germinare solent. Gemmae istius modi apud *Ustilagineos* et *Uredineos* fungillos copiose vulgo generant% et detersissimas induunt species; nonnullae etiam hysterosporas secundi ordinis, imd[^]tertii, loco temporeque faventibus enituntur. Qua de re conferas celeberrimam Benedicti PREVOST de carie frumenti dissertationem¹, nōptras super fungis entophytis commentationes in *Ann. Sc. nat.* ser. m, t. VII, ei ser. iv, t. II, nee non Julii KUHN librum eruditum et accurate scfiptum de morbis plantaruni exultaruñi, a. D. MDCCGLVIII, Derolini editum².

iv.

• Seminis fungini germinantis evolutionem nonnisi per hebdomacMs ~~bus~~, aut unius et alterius spatium, rariuS per menses[^]Ijppres •prosequi nobis licitum est. Planta fibrillosa exinde orta, quantum ex brevi ista experientia dijudicare valemus, ferme eadem videtui" unicuique fungo, sive e conidio tut stylospora, sive e spora perfec*iore, endogeria nempe aut basidiogena, j>rovenerit. Miramur taftien quod seminum' ejusdem fungo illi diversitati seu varia? dignitati, paucissjm[^]i minimaque discrimina in mycelio e singulis nato §oleant primum respondere. E basidiospora vel e[^]ido\$pora sata nonnisi filamenta utplurimum sterilia, rarissime [^]emmifera, natavidimus; e conidiis contra fila saapissime sua vice conidifera. Sic, v. gr. conidia duplicis gen^{er}is qua? in hyphis albis et mucedineis *Hypomyctum* gignuntur, e conidiis minoribus satis, intra paucos dies, perfecta aut larvata repetuntur, sicut crebro 'experti sumus³. Mucedinum arthro₇ sporae, pras caaterorum fungillorum semihibus, singular suam stirpem fructu

¹ Inscribilur *Mémoire sur la cause immediate de la fee ou du charbon des bles, et de plu'murs ytres maladies des pkntes, et sur les pre'servatifs de la cane*, aditque lucera Monte-Albano Aquitdborum, ineunte seculo currente, nempe anno MDCCG^XH.

* Vides etiam cotimentationem Arminii HOFFMANN de Fungorum germinatione, in *PMNGSHEIMI Jahrb. f. wiss. Uotanile*, t. II, fasc. 111[^]1860), p. 267-337, tab. XXVI-XXXH.

*Gfr. 'Ann. Sc. nat. ser. iv, t. XIII (1860), p. n-17.

tiferam satae reddunl, ipsae etiam tune frequentissifce nondum prorsus evacuatse, contra crassiores factae et *vitae longioris* capaces.

Nullum autem novimus fungum cuius semina, nullis praemissis filamentis, ipsa in fructum (*encarpium* TRATTINICKIO) accrescendo singula mutarentur; quin iml^h vehdfcienter dubitamus talem exstare fungum. Ideo quemadmoiium olim BULLIARDO et TURPINIO contradicere decuit¹ qui *Tuberis* sporas pro tot *Tuberibus* minimis, contractissimis, habuerant, sic etiam, post EHRENBERGIUM², nobis ipsis hodie pronuntiandum est parcam deberi fidem Michelianis experimentis circa *Agaricorum* seminationem, in eo saltern quod ex iis sequi videretur *Aganco^ingilos* e singulis seminibus mirum in modum auctis *fi* transformatis ducturos esse originem. Cum enim florentinus magister fungina semina foliis aridis inspersa in aptato loco deposuisseT, plura, tribus posteagelapsis mensibus, wadgrani miliacei wcrassitiem adaucta, quorumque involucrum in candidissimam ac te-wnuissimam lanuginem abiisset,» deprehendisse sibi visus est; cumque omnia ilia semina wradiculas capillafes et subhirsutas *n* egissent, inde wfung'os jam esse natos[^] conjecit, reique paulo post se certiorem factum arbitratus est, wcapitulis nonnullis ex primordiali lanugine erumpere in-rfcipientibus, totaque fung-orum forma ex eadem rarefacta sew mag-is ae magis wmanifeste prodentiw. (Cfr. MICH. *J\ PL Gen.* p. i36.) Libentius auctori citato concedimus fungos esse w qui a semine non immediate pro-weniant, sed quorum semen radicem magnam ac diuturnam prius pro-wgeneret et efformet, ex quo post aliquot annos fungi prodeaet. v (MICH. op. cit. p. i3/i.) Maxime autem ille errabat de radicis hujus natura et origine; cnimvero longe abest ut fiiamentum illud exilissimum et simplex quod in principio a semine cxiit idem ipsum sit cuius ope quasi resticula multiplici *Agarici campestres* LINN. (MICH. op. cit. p. 170 et 171, tab. LXXV,

Ho*. i-3) connectuntur, *Phallique* et *Clathri* in solo materno detinentur. (Ibid. p. 201 et 213, tab. LXXXIII et xcm.)

¹ Cfr. nostros *Fungos Hypogaos*, p. 55 et 56.

² „Die Cporitiien t\ct \$ilje f^wellen ni^t ju \$i{}cn an, „\$cti)t n i^t tingSum fafetig »ic kief scit vox SRi^cli angc

rnommen worten, sonbetn (te feimen mit cinfac^cm ot<< fel- .tenet boweltem ^etntc, (EHRESB. in *Flora ratisbonensis* t. II [1820], p. 537.)

•V.

Filamenta e fungino semine nata cum per longum tempus viguerint, in ramos innumeros discesserunt tuncque byssuft illani¹ constituunt quam, post TRATTINICKIUM¹, *mtjcelium* dicimus². Byssus haec ex unico semine utique provenire potest, at saepissime, ut videtur, germina seminum plurimum ejusdem sortis varie intricata et multimodis anastomosantia representat. Plurima enim novimus conidia et sporas quae si gregatim in lamina vitrea sata fuerint, gerainum ope alia aliis cito religantur, simulque plexum e filis multifariam coalescentibus unicum texunt. Seminibus quapropter juxtaposis nee contiguis, isthmi aequo modo lineares tune ita interponuntur ut aegre discerneatur sit ex quo senriff³ priinum exierint et cui tantum adnascantur. Fungorum autem divisio Ehrenbergiana in *idiotocos* et *cwnnotocos*, prout mycelii fila, vel discreta, sive singula fructilia fiunt, aut contra coire solent nec nisi sociata futurae capacia evadunt, vano, ni fallimur, nititur discrimine³.

Quemadinodum fungi adulti e filamentis saepius quam ex ulriculis globosis struuntur⁴, sic mycelium multo frequentius ex bysso factum oc-

¹ Gonferas ejus *Fungos Auslriacos*, Alae Flavianas a. D. MDCCGV editos.

² gceis, p. 50, not. 2. Verba duo quae apud Fungos idem fere sonant, scilicet *hypothallus*, olim LINKIO (*Dissert. I in Orci. pl. nat.* [1809]) propter *Agaricos* usitatum, et *thallus*, FRIESIO saepe adhibitum, nunc in *Lichenographia* potissimum usurpantur. Gaeterum de *mycelii* synonymis videsis LEVILLEI *Considerat. mycologicas* (1866), p. 78 et 79.

³ Gfr. EHRENB. *de Mycetogenesi*, in *N. Act. Acad. N. Cur. t. X* (1820), p. 172 et seq.

⁴ Quis, praeter L¹KIUM (in *Report. Soc. Berol. Amicorum res nat. investigantium*, t. III [1809], p. 36 et 37, nee non in SCHRADERI *Ephemeride Bot. nova*, t. III, fasc. 1, p. 10*) de Fungorum histologia verba faciens, eos ex utriculis vel¹ rrcellulis inter fibras dispersis¹ confici pronuntiaverit, nescimus; in talem sententiam insurgit EHRENBERGIUS qui autem non nisi fibras s. filamenta in Fungis deprehendisse, compaginemque cellulosa quam frequenter ostendunt prorsus ignorasse videtur. (Gfr. ejus comment, *de Mycetog.* p. 174.) Fabrica nunc integra, nunc pro parte tantum, ex utriculis globosis vel polygonis, Ascornycetibus, ut *Pezizis* et l¹renomycetibus innumeris, prae caeteris fungis,

currit quam parenchymatosum. Etiam quum fibriHis* exilibus tota constituitur, planta fungina steriiis diversissimas induit species; reticulum laxum v. densius nectit aut in panni modum inspissatur apud *Erysiphas* et plerosque *Mucedineos* typos; in stratis saepius saturate fucatis *Sphcprim* et *Pezizas* byssisedas excipit; funiculos, ut sic dictas *Fibrillarias* PERS.¹ et *Rhizomftrphas* AGHARII, aut membranas coriiformes, ut *Coniophoram* DC.² et *Xylostromatum*³ Todeanum genus, in *Polyporis* et affinibiis fin git.

solemnis est; attamen occurrit quoque apud Hymenomy*cetes, ex. gr. in summa volva *Amanitarum*, furfuribus et **extimo pileo Coprinorum, nee non in Agaricorum et Typhularum** sclerotiis.

¹ *Phlebomorphas* PERS. et *Mesentericas* TOD. sen *Myxomycetum* mycelia molliora (pulposa s. malacoidea, ut cl. LEVEILLEO dicuntur), e resticulis elegantissime et multi-modis anastomosantibus texta, hie consulto oniittimus, quippe cum 4^e his pseudomycetibus s. fungis ambiguus tacere jam in limine horuince prolegomenorum nobiscum constituerimus.

² Specimina *Candoliana Coniophora? membranacea* DC. *FL Fr.* t. VI, p. 34, n. 880^c (PERS. *Myc. europ.* I I [1822], p. 153), quae in phytotheca Musa*?i* parisiensis continentur. evidentissime tollunt quidquid dubii in insipientis mente, ill. FRIESII exemplo (cfr. ejus *Syst. Myc.* t. I, p. 450 et 452, et *Elench. Fung.* t. I, p. 60), remanere posset de vera fungi hujus natura, origine v. affinitatibus. Etenim, ni nos omnia fallunt, ad *Merulium deslruentem* PERS. *Syn. Fung.* p. 196 (DESMAZ. in *Act. Soc. reg. Insul.* ad a. MDCCXXXVI, et *PL Crypt.* de Fr. ed. 11, fasc. III, n. 125; *Xylomyzum destruens* PERS. *Myc. eur.* t. II [1828]. p. 27; *Merulium lacrymantem* WULF. [sub *Boletu*]; DC. *FL Fr.* t. II, p. 13s, n. 35a; FRIES S. *Myc.* t. I, p. 3a8. et *Elench. Fung.* t. I, p. 59) meritissime spectat, quern nondum perfecte v. praeter normam explicatum et monstruosum, scilicet mere membraniformem levemque, fovearum reticulo non extante, repräsentat, proplereaque ab *Auricularia pulverulenta* Sow. *Engl. F. tab.* 214, seu *Merulio pulverulento* FR. *Elench.* t. I, p. 60, neutriquam discrepat. Fungus autem etsi imperfectus (aut propter a?tatem recentiorem, aut polius loci suffocati et obscuri causa in quo natus est) seminibus abundat quibus quasi pulvere cinnamomeo S. Iffrugineo in pagina supina s. ventrali conspergitur. Semina haecce in basidiis modice prominentibus, quaternata et sterigmale singulatim de more suffulta, pleraque gignuntur, nempe haud secus atquesporaj fungi perfections s. alveolati. Sic dicta *Coniophora* nobis frequenter obvia turn Parisiis, turn in agro Lugdunensi,

modo subtus tota levis est aut furfurosa, modo alveolis non-nullis s||8rsim ac potissimum in centro instructa, quibus signis naturam suam merulinam tradit. *Merulium destruente* PERS. prout locus natalis illi faverit aut contra repugnaverit, biformem abire jam notaverat ipse PERSOONUS (*Champ. Comst.* [1818], p. i3 et i4). Super eodem fungo etiam scripserunt BELVISIUS (in DESVAUX, *hum. de Bot. appliquee*, t. I [1813], p. 19-1G) qui *Merulium destruente* PERS. et *M. vastatorem* ejusd. unam eamdem quo sistere stirpem (*Merulium expansum* BELV.) contendit, et forsitan vir nobilis SCHWABE, dessaviensis (in *Linncewi.* XIV [18/10], p. 19/1-200, sub titulo *der Hausschivamm*), qui tamen de *Boleto destructorc* SCIIRAD. pro3sertim, ut opinatur, verba fecisse sibi visus est.

Docta matrona, T. J. HUSSEY, gente britanna, et clariss. BERKELEY, prior in suis *Illustrations of British Mycology* (t. I [1847], tab. in), alter autem in suis *Outlines of British Fungology* (p. 206, n. 9, tab. n. fig. 1), *Merulium lacrymantem* WULF. accurate descripserunt et fidis iconibus depingi curarunt.

³ Inter sic dictos fungos, proc cajteris, ob moleni interdum immanem "qua insignitur, citandum est lignivorum *Xylostromagiganteum* TOD. (*Fungi Mech. sel.* t. I, p. 3G. tab. vi, fig. 5i) seu *Bacodium Xylostroma* PERS. (Exsyn. F. p. 702) quod, opinante ill. FRIESIO (*Elench. Fung.** t. 1. p. 208), non tantum e *Thelepheka crocea* SCIIRAD. (T. odo-ratee forma? FR. S. *Myc. hid.* p. 18G), verum etiam e *T. suavcolenti* ac *T. setigera*, Friesianis typis, et aliis congeneribus, variisque *Polyporis* et *D(ydaleis* oritur. Specimina dicto nomine decorata, qua^ e truncis fagineis intimis avulsa. in *Stirpibus Vogeso-Bhenanis* beati MOUGEOT (fasc. VII, n. G89), et *Fungis europ. exsiccatis* (eck nova ser. altera, fasc. I, 11. 100) clar. BARENHORSTII, exhibentur. ipsissimum referunt mycelium fomitiforme *Polypori* cuiusdam ampli et crassissimi (*Pol. fumosi* PERS.?) quern Petrifonte agri Compendiensis. julio mense, a. D. MDCCCLVII. in caudicibus *Fagi* demortuae la?te vigentem multoties oifendimus. *Byssus Aluta* DC. (*FL Fr.* t. VI, p. 10), qua* est *Bacodium Aluta* PERSOONIO (*Disp. meth. Fung.* p. 43;

Alias lacunoso-membranacea simul et floccosa ac funiformis evadit, sicut apud *Polyporum Vaillantii* FR. (*Rhizomorpham vestitam* REBEINT. auctore FRIESIO, *El. F.* t. II, p. 59; *Agaricum cryptarum album, lanuginosum...* BELV. in *Ann. Mus. par.* t. VIII, p. 337, 338 et 346, tab. LVII) et quidem *Dcedaleam quercinam* PERS.¹ atypicam vid#e licet. *Himantiarum* sterile genus nonnisi Hymenomycetum ac potissime *Agaricorfim* mycelia tenuiter membranaceo-byssina amplectitur. Prae ceeteris ilia exemplo est quae in *Agaricum crispum* TURP. (*Cantharellum Dutrochetii* MNTGN.² in *Ann. Sc. nat.* ser. 11, t. V [1836], p. 3k2; *Cantharell. Crucibulum* FR. *Epicr.*, *S. Myc.* p. 369, n. 21) abit et dissertationum causa evasit quas videas in *Nov. Annal. Mus. par.* t. III (1834), p. 59-79, ^{ta^ - IV >} et ^m *Act. Acad. reg. Sc. par.* t. XIV (1838), p. io4-i54, cum tabula, priorem a clar. DUTROCHET, alteram a celeb. TURPINIO conscriptam. Inter«asdem byssos, eleganti structura laetoque colore, niveo scilicet, flavido, lute»-virente cervinove eminent primordia fibrillosa *Hydnorum* resupinatorum et *Thelephorarum* minoris dignitatis quae *Phylacteries* et *Himantice* audiunt. (Cfr. FRIESII 5. *Myc.* t. I, p. 4i5 et *Uky-khi.*) Caeterum quocunque modo se habuerit mycelium, caveas ne figuram quam induerit, quantumcunque mira et insolita tibi videatur, atypicam temere dicas. Licet enim aeris conditio, tempestas pluvia coelumve serenum maximi sint momenti cur laetius parcusve vigeat et explicetur, attamen tantum abest ut propterea formam assuetam semper mutet. Plura qua de re clar. LEVEILLEI verba, in sua

Syn. Wngorum, p. 702), *Dematioides* autem *Alula* LINKIO et KICKXIO (*Not. sur qq. esp. OU conn, de la Flore Beige* [Bruxellis, a. D. MDCCCXXXVI, p. 9, n. 23, tab. m]), et cuius specimina authentica in mycothece Musci parisensis continentur, quoad naturam et originem a *Xylostromate giganteolomi* minime differt, colore autem sordide fulvo v. cinnamomeo discriminatur, quoniam pro mycelio coriiformi *Polypufifomentarii* Fh. vel consimilis fungi illam habemus.

¹ Videas nostros *Fungos Hypogeeos*, p. 2, in nota, tab. xxi; praeter libros qui ibidem citantur, conferas insuper, si volueris, de fungis propter lucis defectum monstrosis, quae scripserunt cl. Leo SOUBEIRAN, MONTAGUE et CAZIN circa vegetabilia in thermis Accensibus et Luxoviensibus obvia (in *Bull. de la Soc. Bot. de France*, t. II [i855J, p. 758, et t. III [1806], p. 216-220; *Ann. Sc. nat.* ser. iv,

t. IX [i858], p. i56-i63; et *Notice sur les Champignons qui croissent dans les gal. souterr. de l'etabl. therm. de Bagnères de Luchon* [1859]). *Clavaria thermalis* DC. (*Fl. Fr.* t. II, p. 101, n. 266), monente FRIESIO (*Elench. Funtr.* 1.1 p. 80) post. cl. *Alpli*. *CANDOLLIUM* (in OKENII *hide ad ann!* MDCGCXXVI, fasc. 11, p. 182-185), ad *Agaricum tubiformem* SCH^AFF. (*Agaricum [Lentinum] lepideum* FB. *S. Myc.* t. I, p. 176, n. 8; *Epicr.* p. 390, n. 16) spectat, quem monstruosum ac nondum rite evolutum refert.

⁴ Id *Cantharelli*, monente sagacissimo BEUKEL, «O (in *Ann. of nat. History*, t. I [i838J, p. 86 et 88), nil nisi formam peculiarem *Agarici panuoidis* FR. (*S. Myc.* t. 1, p. 9, 3; *Elench. Fung.* t. I, p. 37) sistere, nee a *Merulio lamellosso* SOWERRW (*English Fungi*, tab. /io3) differre videtur.

notissima super *Sclerotiiis* commentatione prolata, non inconsiderate accipias. *Himantice*, *Xybstromata*, *Fibrillariwyfijssi*, *Sclerotia*, tot formas mycelii typicas nee indiscriminatim omnibus Fungis impertitas constituunt. Equidem pianta fungina, cujuscunque sit ordinis, byssso tenui incipit, modo autem byssina et hknanliiformis adolescendo consistit, modo contra in typum alterum convertitur. Tali metamorphosi apud varios fungos varise, externa phenomena nunc favere nunc obstare libenter concedimus, form* autem illae mycelii praedictae, singulae singulis nominibus signatae, longe vuigatiores occurrunt quam ut atypicae existimentur.

Mycelio mere floccoso annumeranda est pianta intestina *Peronosporarum*, *Pucciniarum* et fungillorum omnium entophytorum, qui scilicet ex vivo alterius vegetabilis succo suam comparant vitam; mycelium autem interaneo-para|iticum ab hyphasmate epigaeo s. aerobio notis peculiari-bus, capillamentis v. gr. laxioribus et multo magis flexuosis, vulgo re-cedit.

Fumaginum sordes dupli constant mycelio; alio nempe pallido, membranaceo, e cellulis globosis, modice cohaerentibus et matricem velantibus; alio e fdamentis moniliformibus, atris, laxe ramosis et undique irrepentibus.

VI.

In mycelio fibrilloso, apud Pyrenomycetes et Discomycetes, saspissime oriuntur stromata solida, e parenchymate carnosu-subemino cuius elementa cellulas polygonas imitantur. Exemplo sunt sic dictae *Tubicularice* seu *Nectriarum* subicula primum conidifera, et pulvinuli plerique tum *Sphceriis* quae compositae dicuntur, tum *Dermateis* suppositi. Stromata au-tem a mycelio sincero jam recedunt, et plantae statum multo perfectio-rem constituunt. A[^] mycelium contra meritissime spectant tubercula ilia clobosa, informia, compressa, discoidea, ovata v. fusiformia, quae *sclerotia* post TODEUM (*Fung. Meckl.* fasc. I [1790], p. 2-7, tab. 1, fig. 9_11) salutantur. Olim inter fungos perfectos recepta sunt, nunc vero ab

PROLEGOMENA.

omnibus fere mycologis, jampridem suspicante CANDOLLIO¹, suadenteque FRIESIO qui *Sclerotiorum* cum *Tubiculariis* analogiam notaverat², nee non et felicissime demonstrante populari nostro LEVEILLE³, pro formis diversis mycelii parenchymatosi v. solidi sine controversia habentur.

I. — Planta fungina sclerotio, ut videtur, nunquam incipit; nulium saltern novimus fungum cuius semina, excussa vita torpente, statim in tot sclerotia augerentur⁴. Byssso semper sclerotia succedunt propterea que statum mycelii secundarium repreäsentant. Caeterum crescendi modus non omnibus idem. Vulgatiora qua? *Typhulas* et *Pistillarias* alunt, ut *Sclerotium complanatum* TODEI, *S. scutellatum* ALB. et SCHWEINITZIO, *S. Semen* TOD. et consimilia, e stamine tenui, parco, intestino, cui passim vix conspicue emergenti s. erumpenti angustissime heerent, originem tjahunt, et nuda dignuntur; ab initio naturam carnosam ostendunt, sed achroa v. pallida nascuntur, nee nisi adolescendo v. senescendo fucantur. Alia ex byssso consimili in matrice pariter latente ipsa occultata proveniunt; quaedam autem sub epidermide tenui et collabente adeo extuberant, ut a longo propter molem observatori designentur, sicut *Sclerotium durum* PERSOINH, solita sedes *Botrytidis cinerem* s. *cinerascentis* ejusdem auctoris (*Tent. Disp. meth. Fung.*, [i 797], p. ko et 47, tab. in, fig. 9 et 10)⁵, et sclerotium illud

¹ Propter *Clavariam suan. sclerotoidem* sic eloquitur ilustriss. auctor: «Peut-être quelques-unes des produc-boos décrites par les auteurs sous le nom de *Sclerotium* -me sont-elles autre chose que des tubercles de Clavaires analogues à celle-ci, et où la petit massue n'est pas encore développée, ou#ait d'jà lomb^e., (DC. Fl. fr. t VI [,8i5], p. ,9, n. ,40..) Cavarie (DC) sen Phacorrhizw (PBRIS.) *sclerotoididis* fusa.n historian, edidit clar. Theodoras BAIL in *Hedwisiw* tomo I (1856), p. 93-97.

Locupletissimam ejus circa *Sclerotiorum* genus dissertationem videoes in *Ann. Sc. nat.* ser. 11, t. XX (1843), P. . 8 - ^ 8 , tab. , et vn. Qddquid super eode, argi incito recentiori tempore attulit cl. Theod. BAIL, in *Hedwisiw* t. I (1856) p. 93-100, his omnibus plane c*triguit quae de *Phacorrhiza sclerotioide* PERS. et *Fyphula vanabdi* KIESS antea obsrvata fuerint; plura polhctetur auctor quoé avide exspectamus. INaturani *Sclerotiorum* unperfectedam raultis exemplis etiam comprobavit car. GKS-

TIUS, vir nobilis, gente Longobardus, cum, ^{TM_m TM_n} enatio prodiit L., m. fetuarii, a D ^{MDCCCLV} V 77 no XIII (p. 73-80) colledaneorum berolinensium, quibus titulus est: *Botanische Zeitung/r.*

• Hoc conll. sequentia ill FRIESM VP I Omnis. inquit, Fungorum genuinorum' veMatio T "mias - ^cedineaest et Hoccofa; hinc oles lie f P or. T. *in statu primario ad Hvnhomyl , T ^ ^ dassem Pertinere ,videntur. Myceliummen non semper est hyphasma, sed " erus cilaginosum, etc.» (Fr. *Syst. Myc.* t. III, p. 062.)

* Qua causa *Sclerotium*
*dignum ill " zsc v .(---TM" " ^ ---
[i832], n 1 ^ T .(---TM" " ^ ---
fecti n nL dico ^"rTMTM'*TM** tmf ^V,
AztRio, nascitur etiam e Sckrotw mcdulloso ROB. (in
France, scr. nova, fasc. IV F1854
. 1000, qidre veliemenlor suspicinur novum illud *Sclerotium* aD antiquo bclerotw duro PERS. neuljquani differre.

ex quo medio assurgit *Clavaria sclerotoides* DC. (*Fl. Fr.* t. VI [1815], p. 50, n. 2/19°). Alia in suffulcri penetralibus altius demittuntur, atque modo sepulta consistunt aut raro in conspectum veniunt, modo contra, matrice arefacta tandem hiante, ex habitaculo protruduntur et humi decidunt. Sors hsec est *Sclerotio illo sulcato* DESM. (in *Ann. Sc. nat. ser. in, t. XVI*, p. 329), *Caricibus* et forsitan analogis herbis infesto, ex quo *Peziza Duriceana nostra*¹, vernali tempore, oritur. *Sclerotium roseum* MOUG. (in

Id idem *Sclerotium durum* PERS. trahuntur a cl. LEVEILLE (in *Ann. Sc. nat. ser. 11, t. XX, p. 220*) *Sclerotium ovatum* SCIIDMACHERI, S. *Hyacinthi* DUB. et *S. dipsaceum* FR. nrE superficies talis fungilli rrsorpi manifestissimas in aqua, sub microscopic),* diffluentes rrhieme miti* vidisse asserit ill. FRIESIUS; quare, licet « *Sclerotia*, quatenus aspora, plantas rrautonomas non fore censenda, variaque Fungorum imittari incunabula,, non neget, eme lianc similitudinem animis extendamus* monet, exemplique gratia *Sclerotium durum* PERS. rnon alias esse fungi mycelium» contendit, quippe non modo non unicam et crdefinitam speciem* ex eo pronasci, sed ret *Typhulas* et *Mucedines* quatuor diversorum generum* in eo parasitari declarat. (Gfr. FR. S. Veg. Sc. p. 7177, not. 2, el p. 479, not. 1.) Ignoscatur vero Upsaliensis magister si dubium moverimus quin de vera omnium horum sclerotiorum natura erraverit qua? fructu edito adeo discrepuerint. Quomodo enim tute inter sclerotia pariter aspora dijudicemus; nonne e contrario secura nota, fructu nempe, discriminantur? Quare quis aegre contradixerit ill. BERKELEY scribenti: cIt is possible that such -r formations as *Sclerotium durum* may be due to half a dozen rrdifferent fungi.. (Outlin. of Brit. Fungohgy, p. 58, in nota.) A *Botrytide cinerea* PERS. vix differt *B. erythropus* LEV. (loc. cit. p. a35, tab. VII, fig. 5) quae sclerotio depresso quidem, at rubente utitur.

Penicillii glauci LINK mycelium, vulgo byssinum, quandoque etiam in sclerotia sincerrima, forma globosa et crassitudine varia, extrinsecus aterrima (superficie e cellulis p-lobosis ac perexiguis), intus autem de more Candida et densissima, propterea quea sclerotis *Botrytidiscincretivv&s;* de specie neutriq; dissimilia, conglobari nos ipsi compertum habuimus; atque e vel minimi's horumce sclerotiorum fragmentis humefactis *Penicillium glaucum* LK. redux et late fructificans deprelien J^hs. Alia insuper nobis occurrit ejusdem mycelii forma, fiae autem *Xylostroma* membraniforme, hinc, postice scilicet, mire tessellato-asperatum seu minute tuberculatum simulque sordide et saturate rubens, illinc autem, nempe in pagina antica, superna, velutino-byssinum referre videbalur. Eamdem, illi falhmur, notat clar. LEVEILLE (loc. cit. p. .34). Nee possumus quum

peranalogum quidquam agnoscamus in *Mycodermate me-senterico* et *M. Lagence* PERSOONH (Champ. Comest. p. 8 el 9; Myc. Europ. t. I, p. 96) quorum etiam mentio est apud TDRPINIUM (in Act. hebd. Acad. Sc. par. t. VII [1838], p. 383, not. 9.); prioris faciem infernam (colliculosam primumque verisimiliter purpuream) aBruginosam si viserit TURPIMUS, causa sane in eo est quod *Penicillium glaucum* LK. abunde enixa fuerit; hie autem legitimus mycodermatis fructus posticus non nisi in acre, emerso fungo. nascitur. *Penicillin* et *Coremia* e sclerotis oriri item auctor est clar. BERKELEY (Introd. to Crypt. Botany, p. 277). Fungillus priorum confamiliaris, scil. *Stachylium characcum* GORDE, *Sclerotio Hippocastani* CORD, insidet, ejusque legitimus fructus videtur, licet pro plantula aliena et parasitante fortassis habitus fuerit. (Cfr. CORD. IC. Fung. t. I, p. 21, tab. vi, fig. 278.) Nonnullos praeterea Mucores in byssso primordiali sclerotia gignere, posteaque ex istis fructiferis assurgere palam est. (Cfr. BERKEL'Y Introd. to Crypt. Botany, p. 267, et dissertationem in Journ. of the Hort. Soc. of London, t. III [1848], p. 91-98, de Mucedinibus cepivoris, iconibus auctam.)

¹ PEZIZA DURLEANA TUL. in litteris, cuius fungilli mycelium inspissatum dicitur *Sclerotium sulcatum* ROR. et MAZERIO, in *Ann. Sc. nat. ser. in, t. XVI* (1851), p. 329, et PL Crypt. de France, ed. 11, n° 1629. = MYCELIUM hoc, primitus sane vix conspicuum, parasitatur, currente vere. in meditullio culini languidi *Cartium* ibidemque in *Sclerotium* exiliter linear-lanceolatum seu fusiforme, 8-15 mm. longum, rectum aut nonnihil incurvum, cylindricum vel obsolete triquetrum, giabrum, laeve aut sulcato-striatum, exlrinsecus (praster extrema cornua sajpius albida) fuscum atrumve (maturum), intus contra niveum v. nonnihil roseolum informatur. Id sclerotii parenchyma e cellulis sti-patissimis, cohaerentibus, polymorphis, plerisque linearibus, anguste tubulosis et flexuosis, exterioribus solis exigue globosis et infuscatis, obtinet; cum absconditum diu creverit, culmi materni tumentis parietem longitrusus scindit et per rimam apparet, donee aestivo sole maturatum ex arefacto nido desiliat. Deinde per longos menses inter gramina humi latitat et torpescit, vitam aulem, futurapque

FR. *Elench. Fung.* t. II, p. kZ) pari modo in alieno sinu, scirpino nempe v. juncino scapo, nidulatur et reconditum maturescit; at ibidem semper

sobolis germen, seminis instar, retinet, ita ut novo superveniente vere fungillos perfectos, id est scyphulos s. cupulas agit. Hæ glaberrimæ, succulentæ, fragiles, 7-10 mm. diametro explicata³ metiuntur, in stipitem firmiorem, cylindricum, flexuosum, 10-20 mm. longum, basique parce hirsutum singulae sese excipiunt, totaeque colore badio varie fucantur. Ex eo tempore quo nascentis gemma fungilii e sclerotio prodire incipit, ad perfectam usque ejusdem evolutionem, mensis fere totius spatium excurrit; cupulis rite adultis, fumus seu vapor e sporis eructatis per dies A-6 interruptus evoiat. SPORE vitro except* pulverem candidissimum constituunt; ovatae, inaequilateræ, utrinque obtusæ et muticae, laeves et uniloculares oleo referciuntur; aliae copiosiores o^{mm},oi-oi5 longitudine et o^{mm},0065-0075 crassitudine a3quant; alia? hinc o^{n,m},oo8-ooo,5, illinc autem o^{mro},oo5 non excedunt; majores seminatae in fila simplicia v. ramosa hinc el hide (minime aut vix incrassatae) abeunt; minores contra germen breve promunt ex quo extremo gemmulae sive hysterosporae sphaericæ, vix o^{mill},oo1 crassiores, in seriem nascuntur. Sporas istas proliferas et quandoque 2-3-loculares factas, e certis cupulis qua? sporas majores non edunt, exire comperimus; pares tamen sed paucissimas sporis majoribus commistas interdum vidimus. THEC* octosporae (sporis oblique et presse monostichis, rarius distichis), cylindrica³, obtusissimæ, rectæ, o^{mm},oo8-oo95 diametro aequant, longitudine circiter decuplo majores. Paraphyses maturo tempore quasi totae evanuerunt.

Sclerotia in *Carice arenaria* LINN, hospitantia, matura, ad Garumnae ripas, in pratis arenosis aridisque agri Sirionensis, haud procul a Vasatum finibus et antiquo Fargorum castello, nunc funditus everso, exeunte junio ac iteratis vicibus, nempe annis MDGCCLVI, MDGGGLVII et MDCGCLX, collegit lynceus mycologus, clariss. DURIEU DE MAISONNEUVE, quæ dom^{bta} *Pezizas* edere primus vidit; accepta ab eodem nobili viro nos ipsi Parisiis sevimus quæ ab aprilì ineunte in maium usque (aim. MDCCCLVII et MDGGGLVIII) fructus pari modo nobis suppeditarunt. INaspitur etiam fungillus in *Carice vulpina* L. et *C. acuta* LINN, agri Gadornensis, docente MAZERIO, loc. cit.

Sequentia a clar. DURLEO nobiscum sunt benebole communicata, pridie kalendas julii, a. D. MDCGCLVII. «*Carex* «*arenaria* LINNEI, inquit, spatium circiter centum areorum ffbene definitum, in prato Fargensi, denso caespite occupat; rrcum in spicas abire coepit, propter fungillum hospitio rjam pridem exceptum confestim languescit, gracilescit, «*Caricem ligericam* GAY mirum in modum mentitur et tota rrpius arescere solet quam flores rite explicaverit. Gens

ffhaec caricina alienæ plantulas propagulis s. potius myffcelio adeo Integra scatet, ut culmum vel unicum parasiti trexpertem intra limites praedictos aegre reperias; inde se-rf quitur ut plane sterilis quotannis consistat, nee nisi rhizommalibus propullulet; quare etiam libehter fingerem illam «recarice unica quæ fungillum initio exceperit et procedenfftibus annis longe lateque quoquo-versus serpserit, totam crortam fuisse. Etenim *Carex arenaria* L. ubique terras rrburdigalensis equidem abundat, solis autem Fargis et crin loco supra dicto, quod sciām, *Pezizam* nostram fovet tret alit. Vos fratres monitos insuper velim sclerotium unirrcum, rarius unum et alterum, in singulis culmis supra rrbasim eorum emersam, generari, eosdemque scapos si-mmul ultra medium annulis 10-15 punctatis, interruptis et iraajuo fere modo ab invicem dislanibus, singulis e minu-rrtissimo *Epidochio ambiente* DESM. (*Stirp. Crypt. Galli*, crser. nova, fasc. I [i853], n. 90, et in *Ann. Sc. nat.* rrser. in, t. XX, p. a3i), constantissime signari. Nonne crquaedam necessitudo pusillum hunc inter pyrenom^{et}em rrphomatiformem et coaBtaneum *Pezizæ* sclerotium nobis crforet intelligenda? Ad ha* addamus *Epidochium* alterum, a priori vix diversum, nempe *Epid. affine* DESM. (*PI. crypt.* fasc. cit. 11. a, et *Ann. Sc. nat.* t. cit. p. o3₂) in Scheno m̄gricante L et *Caricibus* occurere, ne id ignoretur ab eo qui Durban* quaestioni respondere voluerit. *Epidochrum* sub *Discomycetum* titulo, pone *Pezizam*, dar. MAIEBIUŠ m *Annalibus* citatis mentionem fecit, nee ilium fugit sohtum horum fungillorum cum suo *Sclerotio sulcato* consortium. Porro quid de tali societate sentiendum sit dum nos ipsi consideramus, non multum abest quin virum acutissimū ingenii sequentes, etiam cogamur *Epidochii* pul-verem densatum et *Peziz** cyathos pro unius et ejusdem fungi fructus, non modo habitu et structura diversissimos. verum etiam explicationis tempore mire disjunct habere. Hoc autem nonduin satis licuit eruere et extra dubium ponei^{et}, scilicet num *Sclerotium* et *Epidochium* eodem et ipsissi.no utantur mycelio. *Caricis* matricis flores omnes prorsus abonī comperimus.

Analogus est fungillus nosier *Pezizæ Curreianæ* BERKE-L*O, *Sckroltt rosei* MOUG. legitima³ proli, cujusque descriptionem m̄fra videsis, p. 105, not. ,; spora. aute.n *Peziz** hujus et i><ri<5a«Emaxime^{et}Bsimiles deprehenduntur.

rrater has *Pezizas*, esclermiis etiam suampriginem trahunt *Peziza Tuba* BATSC. (*Elench. Fung.* part. I [1783.j. P- 121, n° 15), scilicet Michelianus fungus (cfr. MICH. NOV. PI. C n^o 10) nostrati *Pezizæ tuberosæ* BULL, summopere analogus:

latet, nee nisi vere primo tumet carcerisque sui relaxatos frangit parietes, ut *Pezizam Curreianam* BERK, in lucem, ipsum partim revelatum, edat¹.

P. Candolliana LEV. (in *Ann. Sc. nat. ser. n. t. XX*, p. *3a et 233, tab. vn, f. 4), *Sclerotii Pustulce* DC. vernahs proles, sicuti expertus est clar. LEVEILLE; nee non *P. Sclerotiorum LIB* cuius miram historian! erudite nuper conscripsit Eug. COEMANS, gandavensis. (Cfr. collectanea quae inscribuntur *Bull. des séances de l'Acad. roy. des Sc. de Bruxelles*, ser. n, t. IX [i860], fasc. 1, cum tabula.) Veremur autem ne *Peziza* ilia Libertiana quae e *Sclerotio vario* PERS. nascitur, non rite discrepet a *P. tuberosa* BULL. Varias conidiorum species in fungillo recens nato seu sclerotioide deprehendisse sibi visus est proelaudatus indagator; nescimus autem an vegetabilibus alienis occurribus deceptus fuerit.

¹ Cfr. *Diar. trimestre Soc. Linn. Londinensis*, t. I, p. 147-1*9 (m^o-martio, a^o D^o MDGGCLVII). Occasione data Jungilli Curreiani, nondum rite adumbrati, descriptionem his in pagellis tradere liceat:

PEZIZA CURREIANA : = * Mycelium : *Sclerotium roseum* MOUG. et NESTL. *Stirp. V.-Rhen.* fasc. IX (1826), n. 884. — MOUG. in FR. *Elench. Fung.* t. II (1828), p. 43, n. 26 d. — KNEIFF et HARTM. *Crypt. Bad.* fasc. I (1828), n. 20. — FR. S. *veget. Scand.* p. 478, n. 20 = **Fungus adultus: *Peziza Curreiana* BERK. msc. apud GURREIUM, in *hum. of the Proceed, of the Linn. Soc. of London*, t. I (1857), p. i/jn. = *Peziza Curreii ejusdem* BERK, in suis *Outlines of Brit. Fungology* (i860), p. 370, n. 108. = MYCELIUM <reneratur estate exeunte autumnoque in penetralibus cultorum turn *Junci effusi* L. et / . *conglomerati* L. (ac, saltem verisimiliter, typorum affini'um), turn etiam *Scirpi lacustris* LUMM; intumescit in sclerotium (clar. KNEIFFIO prope Argentoratum, ad ripas Rheni, in *Scirpo lacustri* autumnali tempore primum obvium) cylindricum, quandoque autem hinc aut illinc tuberosum et deforme, utrinque truncato-obtusissimum, longitrosum sulcatum et striatum, 8-15^{mm} longum, 2-4^{cm} crassum, nee non e parenchymate firmo, albido-roseolo (ramoenissime incarnato-roseo,» FRIESIO monente), corticulaque fusco-nigrente factum; pars mycelii byssina, parca, in matrice immissa latitat ac in sclerotio extremo utrinque potissimum manifestatur. Sclerotium ipsum totum reconditur; culmo autem gradio pedetentim arescente angusteque tandem secus longitudinalinem dehiscente, fungilli fructus e sclerotii parietibus rima³ contiguis, veMneunte, exit. Peziza est elegantissimW, tota fusca, glaberrima, elastica, lujus cupula Luis alfiuscula, quin imo interdum quasi umbilicata, subhemispha³rica primum, mox autem infundibuliformis, 8 12TM et quod excedit diametro metitur, marginem integrum mox deflectit, extus levis est, introrsum contra vanē rugato-bullata, slipiteque colore vix saturation gracil-

limo, saepius contorto-flexuoso, tereti, fibroso-solido nee fistuloso, glaberrimo v. ima basi nonnihil tomentello, a3quali, i5-2O^{min} longo, erecto que innitur. THEC^A anguste elongatae, nonnihil clavata?, obtusissimaB, o^{mm}, 07-08 in longitudinalinem obtinent, crassitudinem vero circiter decuplo minorem, et paraphysisibus exiliter filiformibus parcisque (iisdqpi paulo breviores) stipantur. SPOR^E octonae et vix ordinata? in singulis ascis, angustissime et lineari-cylindricae s. baculiformes, curvulaa, utrinque obtusae, leves, achroae, muticiae plasmateque homogeneo repleteae, o^{mm}, ooi5 longitu^Aine et o^{mm}, ooi5 crassitudine raro excedunt. Antequam germinent, multo crassiores fiunt et formam suam diverse mi#ant; e germinibus in fila crassiuscula intra diecum decadem^Aprotractis, hysterosporas ortas non vidi- mus.

Viget locis uidis et turfosis, in imis culmis plantae hospitis. Vivum perfectumque fungillum, in agro Londinensi lectum, aprilie medio (a. R. MDGCCLX) a cl. Friderico GURREY benevole missum accepimus. Sclerotii autem, i. e. mycelii, vita autumnalis est.

Forma et colore *Pezizam bolarem* nostram (in *Ann. Sc. nat. ser. in, t. XX* [i853], p. 171 et 172), in quisquiliis carpineis circa Parisios hieme frequentem, nee non et *P. Duriwanam* TUL. (supra, p. io^A, not. 1) similiter sclerotitiogenam prorsus imitatur; ab utraque autem differt turn hymenio peculiariter corrugato-bullato, turn sporis ob formam et exilitatem longe dissimilibus. Sclerotii tigura etiam alia est in fungillo modo descripto et *P. Duriceana*

Sclerotium *Peziza?* *Curreianw* BERK, in formam culmi juncini interiopis funditur et propter resticulas fibro-vasculares sibi applicatas striis sulcis exaratur; medullae praeterea utriculos stellatos suam intra substantiam, quem admodum *pietra fungaja* Italorum quisquia et lapillos incarceratos, fovet. *Peziza?* 2-4 ex eodem sclerotio simul inordinatae proveniunt, eo minores quo plures; hymenium earumdem plicato-rugosum *Merulii* faciem fertilē in mente r^Avocat, interdum tue umbilico cavatur quem crederes in stipitem ipsum descendere. Fungillus, docente GURREIO, propter solitam vigenoli rationem, aquaticus dici mere- tur.

Sclerotium quod in scirpo viget, tuberi fungi juncicolae, d^Aquo supra allata praesertim valent, crassitudine quideni range praestat, universa autem structura cum eo congruere videtur; quare licet nulli hactenus fructiferum occurrit, vix dubitamus num plantam sistat diversam. Dolemus tamen quod aptata cultura illud periclitari nondum nobis licuerit, vivum enim nunquam vidimus.

Idem de *Scleroio crustuliformi* DESM. (*PL Crypt, de France*, ed. altcra, n. 1646) dicendum, quod ex *AM ghtinosce GERTN.* petiolis deciduis, annum abhinc humi putrescentibus, gracillimam *Typhulam* (*T. erythropodem*, FR. *Obs. Myc.* t. II, p. 297; DESM. *PI. Crypt de Fr.* e'i alt. fasc. IX, n. /ioi; *.Clavariam erythropodem* PERS. *Syn. Fung.* p. 606, n. 59, tab. in, f. il [stipite nimis pubente]) autumnali tempore (circa Parisios abunde, sero octobri) protruit¹. Subiculum eontra sclerolioideum *Pistillarice quisquiliaris* FR. (*Obs. Myc.* t. II, p. 394, sub *Clavaria*) vel *Typhula** *Todei* ejusd. (loc. cit. p. 298; DESM. *PL Crypt, de Fr.* ser. m, fasc. VII [1856], n. 34i) in petioKs arirtis *Pteridis aquilince* LINN¹i, fertile quidem, penitus latet, ac propterea sane clar. FRIESII oculos fu¹isse videtur².

¹ Cfr. etiam MAZERIUM in *Annalib. Scient. naturalium*, set. III, t. X(1848), p. J46.

* *Clavaria obtusa* Sow. pteridicola, qua? eadem ac *Pistillaria quisquiliaris* FR. vulgo liabetur, item absque sclerotio basilari a SOWERBEO (*Engl. Fungi*, t. III, tab. 334) delineatur.

Quae olim in *Annalibus Scient. naturalium*, ser. III, t. XX, p. 37, praestitimus de natura et vegetatione *Sclerotiorum* unde *Typhula?* exire solent, recentiori experientia prorsus confirmata vidimus. *Sclerotii complanati* TOD. (*F. Meekl. sel. fasc. I*, p. 5, tab. 1, fig. 9), straminei vel badii coloris, obovato- vel elliptico-corapressi, basi angustata emarginati et brevissimo funiculo ex mycelio primum instructi; *Sclerotii Seminis* BAIL (in RABENIL *Hedwig.* t. I, p. 97-99), seminis enim *Brassicce oleracece* L. forma et crassitudine ;emuli, fusco-badii, in foliis arborum frondosarum et maxime in exuviis *Populorum*, *Acerum* et *Fraxinorum* acervatis, putrescentibus, et sajissime in precedentis consortio nati; nee non sclerotii alias globosi, nigro-fusci, seminis *Viciw sativw* L. crassitudini et intra caules putridos *Zece Maydis* L. abunde generati, ditissimam copiam autumno seriore annj MDCCCLIX et hieme insequentis collectam, vere postero arena? bumectatae Ammisimus. Tubercula omnia indiscriminatim de more torpuerunt ad extremum usque augustum mensem, quo tempore *Typhula lactea* NOB. seu clavata crassae, simplices, lacteaa, superne glabrae, infra velutinae et tenuiores, saepe in vertice nonnihil (aeruleae, omnes supra medium abunde sporophorae (spoj¹ obovatis, niveis, quaternatim basidiogenis), et centimenti duo raro excedentes, e sclerotis olim Zeicolis prodire coeperunt. *Clavariw* autem graciles, luteo-fusca³ v. ferruginea (*Clavaria juncea* LEV. in *Ann. Sc. nat.* ser. alt. t. XX [1843], p. 230, tab. vn, f. 1), nonnisi ingruente octobri,

e *Sclerotio complanato* TOD. provenerunt. *Clavula** denique totae perexiles (*Typhula variabilis* RIESS in *Uedmigia*, t. I, p. 21-23, tab. HI, fig. 9 a, b; BAIL, ibid. p. 99, et in RABENIL *Herb. myc.* ed. alt. fasc. VI [1857J, n. 507], vix sesquicentimetre alte, supra medium varie ramofuci interdum quasi fasciculato-brachiae, albida? aut nonnibil e¹ruantes, tandem sordiduk et pleraque steriles, e mino-^{nibus} sclerotii paulo post assurrexerunt. Typllm unius- cijusque generis e singulis sclerotis sa¹pius prope hilum exhibant, et per bimestre spatium aut vix diutius viguenint Primigemtaa *Iactea*³, senescedido *cinerata*¹ facL³, intra dies xv-xx omnem suam magnitudinem singul* sua vice ple- r¹que nact* sunt; ca³tera³ ientjus creverunt, et in extre- mum usque novembrem vitam suam protraxerunt.

Dummodo sclerotium in arena altiuscule demitlnliir, resticulam agit tenuissimam qua. autem ubi in aerem emer- sit incrassatur, villum spissorem solo tenus apit, hymeniuimque postmodo fertile in vertice induere incipit. Quad reshcula quandiu hypogm. est, gracilis consistat, ne mi- romur' cuiusque non aliter accedit de c¹teris fungis. Nonne enim *BoleH* vel cuiuslibet *Agarici* stipes e byssso lenuissima. ipse crassus at obverse conicus, inio sa¹pe obtusus, nasci- ur, Nonne. Mucedinum flocci erecti, seminiferi fil.pJs longeexihonbus et retantibus vulgo incident?

lyphulw lactew nobtne omnes bete sominifenn evaserunt; contra e *Typhuli junceis* LEV¹ I vanabilibus RIESS, illas tantummodo fcBundas depiJ|dim Afc¹ teris cras- << o * factafbt; ramus croSPI¹rlS¹Smue stipite gracilluno sterili et bracing plun.na sibi cor.suffia agente sese ^xcipit.

Ium . funffIH m*ki creverunt, sexcenties accedit ut propler ca^li ariditatem aut lurom nimia in, per diem arue- nnt et llaccuerint. licet assidue iterala asperginum gratia

U# Inter fungos agaricinos sclerotia non'desiderantur. E *Sclerotio stercorario* DC. (*Fl.fr.* t. II, p. 27*7, n. 7 U, et in *Mém. du Mus.* t. II, p. k\k)\ fimi vaccini vulgari genitura, provenit, auctore clar. LÉVEILLÉ, *Agaricus stercorarius* BULL. (*Champ.* t. II, p. 398-/102, tab. 68) qui *Coprinus* est; e *Sclerotio vaporario* ALB. et SGHW. *Agaricus arvalis* FRIESII². (Cfr. LEV. in *Ann. Sc. nat. ser. 11*, t. XX, p. 228 et 238.) *Sclerotium subterraneum* (2 *truncorum* TOD. (*S. truncorum* FRIESIO, *S. flavum* SCHUM.), beato TODE docente (F. *Meld. sel.* t. I, p. 3-i, tab. 1, fig*. 6), *Agaric*um enititur ex eadem familia ac *Ag. esculentu*§ MURU. Praeterea naagister supra laudatus, cl. LÉVEILLÉ, refert se Modoni prope Parisios in *Agaricum* gymnopodium incidisse (*A. grossum* LEV. l.-cit. p. 229, tab. vi, f. 2) qui fdamentis albidis e sclerotio crasso atroque natis caespitosus haereret, ac cuius indoles, ex allatis, in mentem revocaret *Ag. effocatellum* MAURI¹ apud Romanos et Ligures edulem. (Cfr. VIVIANI, *Funghi d'Italid* [1834], p. 18, tab. xvm.) Sclerotia in *Agaricis* putrescentibus generantur quae mycelia agaricina densata frequenter constituunt. Exemplo sunt *Sclerotium pubescens* PERS. (*Syn. Fung.* p. 1 ^3) quod humi deiapsum tandem in *Agaricum* explicari monet ill. FRIESIUS (5. *Myc.* t. II, p. a 531); *Sclerotium* seu *Acrospermum*

semper rite humida manserit arena ex qua emergebant. Vesperi autem facto aereque simul frigescente et humescente, cito quotidie reviviscebant, iterum rigescabant, fungillorumque laete vigentium induebant faciem; ita ut nonnisi per innumeras alternasque vices mortis mentitae et integrae valetudinis seu vita³ perfectae, formam absolutam adepti suit. Nee secus se babuerunt *Agaricus racemosus* PERS. et *Ag. cirratus* noster infra descriptus (p. 112, not. 1) quos eodem tempore educatos curabamus. Inde colligere licet non solum Fungorum mycelia, sicut longa docuit bortulanorum experientia qui *Agaricum campestre* L. excolunt, verum etiam eorumdem *encarpia* imperfecta, vitam incolumem, non obstante nunc diurna, nunc breviori sed iterata siccatione, retinere posse. Fungi propterea, sicut jam expertus est J. SCHMITZIUS (cfr. *Linnwce* t. XVI ri84a1, P- 200-213), Muscos et Hepaticas a³mulantur, arefactique aquam ex aere humido, ut corpora bibula, potius quam ex artina, mycelii aut rhizinarum ope, baurire videntur. Monuisse vero juvabit fungillos sub campana vitrea obumbrata educatos prosperius utplurimum vigere, tune enim modo dicta'discrimina devitare, minime vel parce ad cultoris libitum arescere, ideoque sorte fun-

gorum sylvestrium fere uti qui diu noctuque inumbrantur praeterea foliis humi delapsis proteguntur.

De sclerotiosis typhulophoribus qua? sevimus insuper animadvertisendum est multa in torpore se continuisse, quasi ad futurum annum omnem germinationem differre slatuissent, plurimaque gracilem enixa clavulam, subinde non exhausta contabuisse.

¹ Super hoc fungillo prodiit clariss. MAZERII dissertationula in *Annal. Sc. nat. ser. 1*, t. X [18*27], p. i//5 ; sporidia minutissima (num Friesiana, ficta?) sub cuticula. deprehendisse auctor sibi visus est.

² *Ag. arvalis* videtur *A. semiorbiculatus* BULL. (*Champ.* tab. A22, f. 1), ait ill. FRIESIUS in su| *Syst. Mycologico*, t. I, p. 5O/J , in omissis ad p. 263. Joannes ALBERTINI et Ludovicus SCHWEINITZ *Sclerotium vaporarium* in cortice coriario primi repererunt et descripsierunt (in libro inscripto *tyiisp. Fungorum AgriNisk.* [i8o5], p. 73, tab. x, fig. 1); ESCHWEILERO autem docente (in sua *Comment. de Rhizomorpha fructif.* [i8aa], p. a3), clar. Fridericus NEES ab ESENBECK, sane ante omnes, cr mycelium fibrosum ejusdem *Sclerotii* tr in *Agaricum* transiens semel obser-
vavit.

cornutum FR. (1. c. p. 266) cujus *Agaricus tuberosus* BULL. {Champ. tab. 256) perfecta proles est¹, nee noil *Sclerotium lacunosum* PERS. praece*

¹ *Agaricum tuberosum* BULL. (*Herb. gall.* tab. 266) seu *Ag. alnum* BOLT. (*Fung. Halif.* p. 155, tab. CLV) aestate abeunte autumnalique tempore, in quercetis et castanetis agri Versaliensis, sexcenties offendimus, nunc e sic dicti *Sclerotii cornuti* FR. apice tenuato albicanteque nascentem, nunc (ni fallit memoria), sed mulfo rarius, e mycelio byssino aut sclerotiis ipsis parce mixto vel substrato, aut saepius intra fulcimen nutritium toto delitescente, assurgentem, semper autem in matrice fungina (vulgo apud nos in *Agarico adusto* PERS. annotino et pecujariter extenuato) arida, nigrefacta humique jacente. E sclerotiis quae in stipitem pileiferum abeunt, pleraque durante hieme vereqie proxime elapsis nata sunt; quaedam tamen de specie recentipra, saltern macriora et pallidiora, nutriciè arctius haerentia, fertilia nihilosecius simul evadunt. Rarius accedit ut omne matricis vestigium perierit, sclerotiumque superstes, lunc agariciferum, inter muscos %liave et stipulas, quasi semen nudatum, derelictum lateat. Sclerotii hujus forma et crassitudo maxime variae; plerumque obverse clavatum est seu corniferme et 5-3 o^{mm} longum, aliquando contractius et subglobosum, saepius autem hinc, sursum nempe, plus minus attenuatum, illinc vero obtusissimum et quasi hilo notatum; eo enim vulgo insignitur et a plerisque sclerotiis recedit, quod ab initio crescit in altum, *Agarici* juvenis instar, nee (nisi multo rarius) quoquaversus, *Tuberis more*; quare etiam ex apice, continuato eodem crescendi modo, fructum edere solet. Illius color externus vulgo dilute badius aut castaneus, rarius fuscus, vix unquam in nigrum sineretur vergit.

Certa cum haec quaesita sint experientia, ne minimum quidem dubium movere possumus, suadente jampridem ill. GREVILLIO (in sua *Flora crypt. Scotia?*, t. I, tab. xxm), quin *Sclerotium cornutum* FRIESII, sicut sclerotium decet, plantam funginam larvatam, nempe *Agaricum tuberosum* BULLIARDI, repraesentet, ^fegitimaque et assueta ejusdem sistat primordia. Quo posito, numquid imprudens observator argueret qui scripserit fungillum nostrum e *Sclerotio cornuto*, *Fungorum*, *Muscorum* aliisque indiscriminatim oriri? (Cfr. FR. S^t. Myc. t. I, p. 133, et PERS. Myc. Europ. t. III, p. 126.) Verbis his, nota nunc vera sclerotiorum natura, non minus offendimus quam si quis, nobis adstantibus, ft uvas de spinis, aut de tribulis ficus,» evangelicum dictum ut usurpemus, collegisse contenderet; ^ frvite enim,» inquit etiam PLUTARCHUS, apud LINN^{UM} (Dissert. de Peloria, 8 xi) citatus, crfcus aut oleas non rrquirimus, nee ex calamo ficus provenit.^ Pari ratione miramur quod clarissimus BERKELEY scripserit eamdem *Pistillarie* speciem e *Sclerotio complanato* TOD. et *Scler.*

scutellato ALB. et SCHW. gigni (*Outlines of Brit. Fungology*, p. 58 in nota); aegre enim crederemus duplēcē mycelii densati seu sclerotiodis formam eidem fungo tales imperitam fuisse, ut modus alias tam ab altero discrepet quam qui maxime. Libentius censeremus discrimina ilia nobis incautis hue usque latuisse quae *Pistillarias* de quibus sermo agitur, ab invicem distinguant. Unum super hoc argumento recordari nobis videmur, *Pistillarias* scilicet e *Sclerotio scutellato* ALB. et SCHW. longe magis exiles et ramosas qutm e *Scler. complanato* TOD. exisse, dum (octobri et novembri, anno MDGCLII) utrumque fungillum domi educaremus. # (Cfr. Ann. Sc. nat. ser. in, t. XX, p. 37, in nota.)

Agaricus tuberosus BULLIARDI, instar *Agarici Rotula?* SCOP. vel *Ag. racemosi* PERS. prolifer, ill. FRIESIO semel obvius fuisse videtur (cfr. ejus locum sup. cit. et *Monogr. Hymenomycetum Suecice* [1857], p. 160, n. Q5); talem et nos ipsi Cavillae, autumno proxime elapo, per longos dies crescentem contemplati sumus. E bene multis *Sclerotii cornutis* FR. quae domi severamus, nullum germinationi repugnavit. Stipes fuit qui jam validus et sesquicentimetrum longus, amplius tamen protrahi destit, ne minimum quidem pilei vestigium e vertice nudo et attenuato explicavit, simulque ramos quasi verticillatos ex parte media nonnihil tumefacta promere coepit. Rami autem isti abeunte novembri feliciter pileati omnes evaserant.

Pilei amplitudine et stipites longitudine crassitudineque (de solita legitimaque forma nostri fungi loquimur) pro sclerotiorum mole variant; priores raro sesquicentimetrum diametro excedunt, pediculi vero licet plerique centimetra IV-VI non superent, interdum decimetrū aequant tuncque solito debiliores, maxime flexuosi aut varie contorti deprehenduntur. Fungilli majores intra bimestre spatium suam vegetationem vix absolverant; humiliores tamen non citius contabuerunt. Omnium stipes lanuginem albidam undique exserit cuius ope omni suffulcro obvio arctissime hceret; id tomenti in arena etiam expanditur; fungo autem adolescente, paulatim evanescit, et primum in inferna pedicelli parte quae propterea udam faciem et defloratum habitum induere solet. Subinde tomentum idem ad superiora stipitis latera quandoque gliscit et plantulam aetalu debilitatam, donee perierit, cuicunque susientaculo aplicat. Fungilli ubi elongari cooperunt, ad lucem simift fratre tendunt, eodem modo atque *Clavicipites e clavis* secalinis nataj (cfr. Ann. Sc. nat. ser. m, t. XX [1853], p. 3p,), aut *Agarici ephemeri* BULL. (e *Coprinis* quibus in colendis BULLIARDUS olim delectabatur. (Cfr. ejus *Hist. Fung. Gall.* t. II, p. 3 .4, tab. 542, fig. 1.) Pileoli recentes stipitis directionem, ut-

denti apud nos longe rarius* et *Agarici racemosi* PERS. (*Disp. meth. Fung.* p. 15, tab. in, fig*. 7 et 8), fungilli portentosi, solita *m&trix*. *Jigarici tuberosi* BULL, sclerotioides bulbulus vix secus ex hyphasmate parco corni- seu fusiformis prodit atque *Sclerotium complanatum*, *S. Semen*, utrumque Todea-

cunque inflectatur, dociles sequuntur; cum autem adoleverint et in umbellam creverint, horizontalem dispositiōnem affectant, et in hymenio suo ad terram convertendo pertinacitatem illam ostendunt qua? plerisque Hymenomyctibus solemnis est. (Cfr. FRIESII *Syst. Myc.* t. I, p. xxviii, in nota, et p. 502, nee non *Sum. Veg. Scand.* p. 335, in nota.)

Qui Leveilleanam commentationem de *Sclerotiorum* genere supra laudatam legerit, primum fortassis sciscitabitur utrum doctissimus auctor consulto an inconsulto scriperit in liniine dissertationis suse (*Ann. Sc. nat. ser. n.*, t. XX¹ p. 219 et 226), *Agaricum parasiticum* BULL, e *Sclerotio cornuto* Fn. oriri. Deinde autem *Sclerotium fungorum* PERS. legitima stirps *Agarici tuberosi* BULL, declaratur (ibid. p. 227); namque jampridem animadverterat PERSOONIUS (*Syn. Fung.* p. 37/4) id *Agarici Sclerotio fungorum innasci* ut *Solanum tuberosum* L. suis tuberibus. Atqui veremur ne matrix ilia (GREVILLIO docente in sua *Fl. crypt. Scotice*, 1.1, lab. 23) a *Sclerotio cornuto* FR. minime differat. Nondum prseterea *Agaricum parasiticum* BULL, sclerotio insistere audivimus, nee comperimus; qua de re ipse tacet clariss. Antonius a BARY qui accuratissimam fungilli historiam numer per edidit. (Cfr. *Bot. Zeit.t.* XVII [1850], p. 385-388 et 393-397, sub *Nyctali asterophora* FR. et *Nyct. parasitica* FR.) Glar. BERKELEY (*Introd. to Crypt. Bot.* p. 268) *Agaricum cirratum* SCHUM. *Sclerotio fungorum* PERS. ascribit.

Agaricus gracilipes e sclerotio natus, cuius mentio est apud clar. Theodorum BAIL, in *Hedwigice* t. I (1856), p. 100, verisimilime ex omnibus allatis, ab *Agarico tuberoso* BULL, non erat dissimilis.

¹ Nobiscum saltern etsi pertinaciter inquirentibus semper tale se habuit; frequentissimum contra clarissimo LÉ-VEILLE circa Parisios obvium est, nisi evaganti animo assertiōnem tribuere velis. (Cfr. *Ann. Sc. nat. ser. 11*, t. XX [1843], p. 238.) *Agaricus racemosus* PERS. bis tantum in Suecia ill. FRIESIO occurrit, nempe in Smolandia et prope Upsaliam. «Species est, ait magister, paradoxa et ubique rerarissima, sporadice modo obvia, et potius monstrositatem censerem; at in singulis terris mire conformis legi aur.» (Cfr. FR. *Monogr. Hymenom. Sueciw*, t. I [1857], p. 160, n. 26.) Ab eodem *Agarico racemoso* PERS. vix ac ne vix differre videt* nisi forsan lamellis infuscatis, *Agaricus (Collybia) globulifer* GRAULH. item sclerotigena et cuius adumbratio b. Ludovico BRONMO debetur (*Becueil de PL Crypt, de VAgénais*, fasc. II [1829], p. 24 et a5, tab. n

bis, fig. 6 et 7). Sowerbaiana icon *Agarici racemosi* PERS. nullum tuberis vestigium exprimit; monet autem SOWERBY se specimen vix integrum nee caute lectum adumbravisse. (Cfr. SOWERB. *Engl. Fungi*, t. III [1803], tab. 287.)

Talis ubique videtur *Agarici racemosi* PERS. infrequentia, ut cui occurrerit, ille funginum adamantem se reperisse merito existimet; nee possumus quin miremur tot fungos item nonnisi rarissimos offendit, licet, cum Francisco JUNGHUHN (in *Linnwa*, t. V [1830], p. 389) libenter sentientes, negare nolimus Fungorum vegetationem maxime, pra3 reliquis plantis, ex aeris et tempestatum conditione, sAi, ut aiunt, e meteoricis rationibus pendere, (Cfr. quoque FRIESII *Calendar. Fungorum*, in nostris *Annal. Sc. nat. ser. iv*, t. XII, p. 296-319.) Viginti anni sunt ex quo ego et frater querceta et castaneta agri Versaliensis, potissime circa Modonum et Cavillam, ad fungos detegendos omni tempore assidue perlustramus; hactenus tamen semel tantum his in sylvis oflendimus *Boletum parasiticum* BULL. (b. Pelici PETIT prope Linas, in Hurepcesio Parisiorum, anno MDCCXXI, etiam obvium, testantibus MERATII schedis msc. et herbario), *Verpam agaricoidem* DC. (sub *Morchella*) et *Pezizam venosam* PERSOONII; semel autem atque iterum *Onygenam corvinam* ALB. et SCHW. et *Amanitam aurantiacam* PERS. Hancce item vidimus Senarii, in querquetis. *Spathularia flava* PERS. et *Geaster Bryanti* BERKELJ:O, ilia a sapirietis montanis exulans, hie autem fungillus britannus oculatissimo et clariss. viro, DURI:O a CASANOVA, nostris in terris primum obvius, nobis in sylvuta suburbana boloniensi, quo botanophilorum studiosa cohors olim, duce illus^{tri} et desideratissimo Adr. JUSSLEO, ut Floram reducem coleret, quotannis vere novo con vénire assueverat, nunc aulem facta humans industriae sterili prodigio et quotidiano luxus otiosi theatro, semel, praeler *Verpam digitaliformem* PERSOONII, occurrerunt. *Sphceriam discretam* SCHW. stirpem boreo-americanam, ibidem et Clamarii ad **Modonum legimus**. *Helvellam esculentam* PERS *Modoni* semel aprilii repertam vidimus. *Phallus impudicus* L. in nemoribus Cavillanis vulgo rarissimus, saepe e contrario durante aestate proxime praeterita, sane propter imbræ creberrimos et coelum quasi semper nubilum, nobis obvius est; attamen non experti sumus fungum cum strepitu ex volva prodire, nee propterea confirmare possumus mira ea quae de illius fragosa et citissima explicatione scripta sunt. (Cfr. DESVAUX, *Journal de Botanique appliquée*, t. I [18131], p. 45 et 46.)

nus typus, et consimilia, hilo quapropter notata, e floccis quibus hinc aut iliinc detinenU^r. *Agaricum racemoswm* PERS. sylvestrem semel tantum, Modoniagri Versaliensis, reperimus; tuberculo utitur globoso, levi et extrinsecus aterrimo (neeluteolo, irregulari et scrobiculis notato, contra clar. LEVEILLEI enuntiata in *Ann. Sc. nat. ser. n, t. XX*, p, 227^A); quo modo autem sclerotii hujus succedat generatio in *Agaricis* putridis, nulli, quod sciamus, plane hactenus innotuit; PERSOONIO (in sua *Disp. meth. Fung.* I¹ 797] P- ¹^A) subterraneum dicitur; nobis inter folia arida humi jacentia,-lit BERKEL^O (*Outl. of Brit. Fung.* p. k 10), in castaneto declivi septentrionem spectante, agariciferum autumno jampridem obvium est². Ver-

¹ Errore sane delusus est laudatus auctor; quos enim notat characteres fungicolem ilium *Sclerolifcypum* manifeste, ut opinamur, denuntiant qui *Agaricum cirratum* SCHUM. (BERK.) alere solet.

² Nuper autem, scilicet februario medio a. D. MDGCCLX, dum fungos omnes frigore penetrabili misere congelatos. in fagetis prope Fontembellaqueum observaremus, fortuito incidimus in *Agaricum adustum* PERS. aternum et suberosum factum, cuius stipes alte in humo latens, mycelium albido de specie parcum sclerotiaque inha3rentia hospitio excepérat. Fungillus alienus non solum matrici insistebat, sed etiam intima illius invaserat penetralia; sclerotia globosa ex albido fuliginea et dein aterima in superficie fieri, exilibusque e mycelii resticulis -pendere, aut paribus inter se connecti simul comperiebamus. *Agaricus* domum reportatus et arenae humidae impositus, hospite in dies occulte crescente, pedetentim totus consumptus est, ita ut, insectis et putredine auxiliantibus, post sesquimensem in micas abiisse visus sit, nee superfuerit nisi ditissima maturaque sclerotiorum. copia. Ex his alia rapae, agia viae pisive semen mole aequabant; omnia autem globosa, admodum levia, glabra aterimaque se praestabant. Aprili mense ea sevimus; torpuerunt cuncta ad extrenium usque augustum insequentem, quo tempore e singulis assurgere cooperunt stipites albido-cinerei, filiformes, 3-5 centim. et quod superest alti, diametro autem vix millimetrum excedentes, flexuosi, ad lucen pertinaciter vergentes, e basi perquam exili et saepissime contorta sensim crassiores et rigidiores, solo tenus pilis patentissimis albis laxisque instructi, supra glabri, sed undique et inordinate, ad apicem usque attenuatum, ramusculis rigide divaricatis, simplicibus, millimetrum circiter longis et capitatis ornati. Per quindecim dies et quod excurrit singuli stipes semel emersi creverunt et guttas aqueas modo limpidissimas, modo turbidulas, alternis vicibus evanescentes et renovatas, super conidia

(stylosporas BERKEL^O) paulatim in globum molle coacervata, e summis ramusculis sudarunt. Plurimi abeunte septembri jam obsoleverant aut toti perierant, ctiam si ne minimum quidem induerant **pilei** vestigium; pauciores ad medium usque octobrem vitam suam protraxerunt. Stipes unus, caeteris rigidior et crassior nee plus solito coni*^*iorum egenus, pileum decimo calendas octobris nascentem monstravit, qui autem abortus est et contabuit nonis octobris. priusquam semilineam diametro excessisset. Conidia (quae nulkis hactenuP, ni fallimur, vidit aut saltern adumbravit) ovoidea vel oblonga, ^{o^{11mm}} oo65-oi in longitudinem obtinent, nee flerumque ^{o^{mm}}oo/i crassiora fiunt; rarius q[^]si Hneari-cylindrica et solito subdupo longiora, semper autem continua sive unilocularia deprehenduntur. Sibi invicem oblique primum haerent, et in monilia brevissima, flexuosa ramosave connectuntur; cito autem alia ab aliis solvuntur, ex albido nonnihil fuscantur, simulque in globum adglutinata consistunt. Sata maxime augmentur et in fila paelonga abeunt. Ramusculi capitati quibus conidia haec effteruntur, tot *Stilha*, monentibus clariss. FRIESIO (*Epicr. Syst. Myc.* [i838], p. 90, n. 323) et BERKEL/EO [*Introd. to Crypt. Bot.* [1857], p. 365), prorsus referunt, et quid satius de *Stilbis* et consimilibus sentiendum sit, ni fallimur, aperte demonstrant. Eadem conidia acervata a PERSOONO dicuntur primum rcapitala aquosa pellucida » (*Disp. meth. Fung. blQJ** P- ^A) ^{seu} ffcapitala liyalina evanescenlia* (*Syn. Fung.* [1801], p. 390). postea autem apileoli sine dubio rnon explicatin (*Myc. Europ.* t. III [1828], p. 282). Notat idem auctor pileum sincerumutplurimum de^iderari, nescitque an fungillus pro varietate monstrosa cfficujus *Agarici*. qualis ex. gr. *Ag. tuberosus* BLLIARDI. merito haberetur. (*Disp. meth. Fung.* 1. c.) PERSOONO ass#tit ill. EHRENBERGIUS qui portentosam yl^nVi nostri generationem exemplo *Agarici Roluto* SCOP. (*Ag. androsacei* BULL. *Fung. Gall* tab. 64. et tab. 569. fig. in) vel *Agarici Aueri* SADL. et NEES (in Nor.

nali contra tempore, nempe aprilii mense currente, anno D. MDCCCLVH, .*Coprinum gracillimum* vidimus (a *Coprino stercorario* Bun., *Champ*, t. II, p. 308-^02, tab. 68 et 88, non multum dissimilem sed longe minorem) in sclerotio (analogo quoad originem *Sclerotio vario* PERS.¹⁾ atro, globoso,

Act. Acad. Nat. Cur. t. IX [1818], p. a50, tab. vi, fig. 19) interpretandam censem, propterea existimat olim inquirendum esse a quoniam *Agarico simplici* Ag. *racemosus* PERS. aberret. (Cfr. ejus *Sylv. Myc. Berol.* [1817], p. 3i, n. 61^a.) Fungillus I^rsoonianus item vix genuina species est ill. FRIESIO, sed potius *Agarici tuherosi* BULL, monstrosa progenies. (Cfr. illius *Syst. Mjic.* t. I [1821], p. i33, in nota, et *bid.* ejusd. operis, p. 38; *Elench. Fung.* t. I fi83o], p. 19, ^{su^} n. 11; dissert. de *Agaricis Persoonia** nisinZmW?t.V[i83o], p. 731, n. £92; *Epicr. S. Myc.* [i838], p. 90, n. 323; nee non *Monogr. Hymenom. Suec.* [1857], p. 160, n. 26.) Porro *Agaricus* si quis genuinus et bene discriminatus dici meretur, ille sane Ag. *racemosus* PERS. est; etenim quis alias notis peculiaribus adeo insinuitur, et quis magis sibi constat, nostra sicut experimenta docent? Licet indubiam cum Ag. *tuberoso* BULL. afinitatem ^tendat, longe ab eo quasi ex omni parte dissimilis est. *Agarico Rotulce* SCOP, prolifero vix etiam legitime comparatur. Huic enim conjectaa similitudini obstatprimum quod e vertice stipitis *Agarici racemosi* PERSOONII, pileu'si defuerit, nulla conidia oriri soleant, ita ut apicem bunc atterijatum sterilemque capitulis conidiferis vix aequiparare liceat; secundo quod stipituli pileati (nunquam autem, quod sciamus, conidiferi) qui ex *Agarici Botulw* SCOP. (etiamque, ut videtur, *Agarici Aueri* SADL. omnino affinis) stipite, saepius adulto nisi quidem senescente, passim nascentur, hujfsce sufulcri velut sinceri rhizomatis adventitiae, quamvis legitimas, innovajiones constituant, et sicuti autopsia comperimus (Cavilta agri Versaliensis, septembri mense, octobrique luculentius, a. D. MDGGCLX), ex illius medulla pallida, scissa prius epidermide s. corticula fusca, prodeant. Stipes contra *Agarici racemosi* PERS., statim atque e terra emergit, ramusclos suoseniti incipit, qui propterea cum eo simul crescent, nee multiplicantur nisi prout ipse elongatur; quapropter etiam eidem omnino continui sunt, ut aculei epidermidi aut spinae ligno plantae vasculiferae. Idcirco mininie miramur cur clar. BERKELEY, nostri LEVEILLEI (dissert. de *Sclerotis*, p. 227) exemplo, nuper pronuntiaverit se nunc persuassimum habere *Agaricum racemosum* PERSOONII, in Britannia pen-arum aresotndoque nigrentem, pro mera forma seu abnormitate *Agarici tuherosi* BULL. neuliquam esse liabendum. (Cfr. BERK. *Outlines of Brit. Fungology*, p. 118, n. 111.)

Quod ad cognomen attinet quo PERSOONIO placuit tuber natale fungili nostri signare^cum vero non quadrat nisi

sane post stipites conidiferos perfecte evolutos, totamque propterea consumptam et exbaustum sclerotii medullam. Sclerotii autem omnibus, cuiusvis fungi sint contracta mycelia, sors ea est. Monitum tamen volumus iectorem sclerotia *Agarici racemosi* PERSOONII, licet stipi's plures singula agere, prout crassa aut exigua sunt, valeant, nee pariter^rima vegetatione cuncta extenuari, neque etiam omnia e somno simul excitari, primo post hiemem natalem ingruente aijtumno; inde facile colligendum esse sclerotium idem plure&-annos durare, et fungillorum messes singulis autumnis verisimiliter iterare, donee integrum consumptum fuerit.

¹⁾ *Sclerotium varium* PERS. sero autumno, hieme currente, vernalique tempore, in cellis et locis obscuris, oleribus variis et maxime radicibus carnosis *Baucorum* putrescentibus mire polynjtorphum innascitur; pulvinulos velutinos, recte monente clar. MAZERIO (in suis *PL Crypt. Gallice*, ed. altera, fasc. II [1837], n. 79, et fasç. XXXIII [i85o], n. 1636), primum refert, qui pedentim nudantur, glabrent, et ex albido nigrescant. Mycelium interea byssinum at vix conspicuum, in matrice corrupta et in dies magis ac magis tabescente, late longeque serpit ac difludit, pulvinosque exsertos et floccos niveos ubique inspersos alere videtur. Sclerotia autem in intimis subiculi (daucini saltern) vix ulla generari compertum babuimus. *Sclerotii iwrti*PERS. evolutionem accurate observavit Joannes REBENTISCH cuius librum conferas de *Flora Neomarchica*, p. 36i, n. 1238, tab. iv, fig. 16. Historia autem fungi hujus longe auctor clar. Eugenio COEMANS, presbytero gandavensi, debelur. cui multifaria conidiorum aut spermatorum proles, nulli antea obvia, innotuisse videtur. (Cfr. laud, auctoris dissertationem *de genesi et metamorphosi* Pezizee Sclerotiorum LIBERTINE, in *Bullet. de l'Acad. des Sciences, des Lettres et des Beaux-Arts de Belgique*, ser. altera, an. XXIX, t. IX. inanip. r, a. D. MDCCCLX ineunte editam, cum icone.) *Sclerotii variii* PERS. tubercula, dum verejrescant, humoris aquei et limpidi guttas crassas abunde suaant, ita ut iisdem diu noctaque, donee perfecta, nigra scilicet glabraque, evaserint, semper obruantur. Parem destillationem insuper vidimus in *Sepedonio cervino* FR. quo *Peziza Acetahulmrfi* L. maio mense anni currentis misere opprimebatur; nee non in *Penicillio glauco* LK. cuius crusta seu membrana subereo-villosa, crassissima, naturoe *Xylostromatis* asmula. aceto ex *baccis Bubi idwi* L. intra lagenam vitream emersa innatabat. Nee aliter stillant capitula *ClavicipitumJ* sicut

pisi circiter crassitudine et domi cuito, natum; fungillus e tuberculo quasi punctum niveum et gossypinum emersus per spatium quindecim dierum. lente augebatur, tuncque molem sclerotio circiter aequam, pileum ova-turn, clausum et verrucosum, stipitem vero brevissimum ac fibris vix longioribus, radiciformibus, rigidulis et in orbem patentibus ornatum nactus, subito intra nycthemeram mirum in modum suum absolvebat incrementum. *Coprini* perfecti seu explicati stipes, biuncialis et longior quiddm factus, pileum late campaniformem, diametro scilicet 4-6-linearem, striatum, tenuissimum etibene mane jam flaccescentem sustentabat; sporse noctu delapsse sclerotium effet^{*m} macula aterrima circumsignabant. Eodem fere tempore, domi etiam prospere educatum e sclerotio flavido, *Agaricunl* gracilipedem habuimus quern *Agarico tuberoso* BULL, manifeste analogum et ad *Agaricum cirratum* PERS. trahendum eestimamus^l.

olim experti sumus (cfr. *Annal. ScJffuit.* ser. in, t. XX [1853], p. 28 et 39), brachiola conidifera *Agarici race-mosi* PERS. (id. sup. p. 110, not. 2), summus stipes et lamellae *Coprinorum*, ante hymenii velati absolutam explanationem, et omnis fere fungus dum["] crescit et augetur. (Gfr. etiam clar. COEMANSII commentariolum modo citatum, p. 2/1 et ^5.)

Pro forma exigua *Sclerotii varii* PERS. habendum est, opinante cl. LEVEILLE (in *Ann. Sc. nat.* ser. 11, t. XX, p. 220), *Sclerotium minutum* DESMAZ. (*PL Crypt. Gallice*_o ed. altera, n. 80 et 578); nee potiori jure ab eodem distinguuntur, judice Eug. COEMANSIO (op. cit. p. ih et 27), *Sclerotium tectum* FRIESII, *S. elongatum* CAVALERII, *S. sphce-riiforme* LIBERTY, praetereaque *S. compactum* et *S. bulk-turn*, Candolliani typi.

¹ Cum nobis hie fungillus, ab anno MDGCGLVII, iteratis vicibus obvius fuerit, fusam ejus historiam hie exponere liceat.

AGARICUS CIRRATUS PERS. *Obs. myc.* part. alt. (1799), p. 53, n. 81 7; *Syn. Fung.* (1801), p. 374, n. 219 /3; *Myc. Europ.* partan (1828), p. i25, n. 206 (saltern pro parte). — *ScuvlcEnum.* *PL Scolland.* part. post. (1803), p. 308, n. 1773. — FRIES, *Epicr. Syst. Myc.* (1828), p. 89, n. 32i; et sane etiam *Monogr. Hymen. Suecice*, t. I (1807), p. 109, n. 2h (inter *Collybias*), licet sclerotium fungillo prorsus denegetur. — BERKELEY, *Outl. of Brit. Fung.* (1860), p. 117, n. 109. = *Agaricus* *Agarico esculentu* MURR. *analogus* simul cum *Sclerotio subterraneo* @ *truncorum* TOD. F. *MeckL sel. fasc. I* (17^90), p. 4, tab. 1, fig. 5 c-e. = *Ifgaricus tuberosus* (pro parte) BULL. (Ximp. tie la Fr.

p. 548 (auctore PERSOONIO), tab. 52 2, fig. iv. = *Agaricus Sclerotii* PERS. O6S. *Myc. part.* 11, p. 53, n. 81 fl. = *Agari-cusocelhtusFK.Syst.Myc.t.l* (1821), p. 134, n. 12, pro parte tantum, nee *Obs. Myc.* t. I (1815), p. 83, n. 103. (q§. enim *Linnww t V* [1830], p. 71^, n. 205; *Indicem Syst. Myc.* p. i3, et *Epicr. S. Myc.* p. 94, sub n. 34o.) = *Agaricus tuberosus cirratus a SECRET. Mycogr. Suisse*, *JL II* (1833), p. 177, n. 7/12, excluso synonymo Batschiano. (Descriptio helvetii scriptoris bene quadrat, basis autem tuberosae nullam facit mentionem.) =, MYCELIUM parcum, pro parte emersum, e resticulis niveis hinc et inde ramosis. exilibus, passim in tubercula s. sclerotia (quse, ut opinamur, *Sclerotium subterraneum* (3 *truncorum* TOD. constituant, et ab omnibus ferme descriptoribus, praeter BER-KEL^{UM} [post TODEUM et BULLIARDUM], praetermittuntur) nuda, matrici inspersa, globosa v. deformia, ex albo citrina, lutea, imo vitellina, inde ab initio glaberrima, a mole grani sinapis ad avellanae nucis crassitudinem varia, solida intusque semper albida, tumet s. conglobatur, quibus informatis, totum evanescit. Sclerotia haec sero autumno duranteque bieme nata, ad autumnum usque insequenter immutata consistunt, salvo etiam laato colore. Stato autem tempore, e singulis nascitur *Agaricus* exiguus unicus vel plures ejusdem modi, pro crassitudine quam ilia obtinuerunt. STIPE# *Agarici* hujus.teres est, plenus, admodum nudus, filiformis, exilissimus flexuosusque, aut rarius firmus et columnaris, nempe#i o^{min},/io ad i^{min},50 diametro varius, longitudine autem a 5^{mm} ad 25^{mm} et quod excurrit. PILEUS modice unibonatus, subplanus et disciformis, marginem integrum vb^{aflectit}, levis et glaber est aut

JIJ Multo magis miramur sclerotia sincerrima in fungillo thelephoreo, nempe in *Hypochno centrifugo* adesse. Hac appellatione signamus

nonnihil furfurosus et 9^{mm} - 4^{mm} diametro metitur; color llll ut etstipiti dilute carneus, aequofere modo ubique inductus. LAMELLA inaequales, obtuse adnata3, tenues, confertiusculae albidseque, basidiis anguste cylindricis, vix exstantibus, stipatissimis et singulatim tetrasporis vestiuntur. SPOR*: ovatse, nonnihil reniformes, leves, albaB, 0^{mm} , 0065 circiter long®, nee 0^{mm} , 0035 crassiores, sterigmate brevi et tenuissimo singula3 primum nituntur. Gystidia yix conspicuntur aut prorsus desiderantur. Sporae satae cito augentur, salva forma ovata, et utrinque in fila subinde ramosa abeunt.

Oritur in *Agarico pulveruknto* BULL, putrido, et potissime in illius lamellis; quapropter juxta quericum trunco solo tenuis excisos, aut radices cariosas partim emersas saepius reperitur; inde etiam comprobatur nomen sclerotio primordiali a b. TODEO impositum.

Sclerotia novella adultave autumno abeunte anni D. MDCCGLIX, currenteque hieme proxime sequenti, abunde colligere in quercretis et castanetis agri Versaliensis, Modoni prsesertim et Cavillae, nobis contigit, quae matura domi sata aprilii mense a. D. MDGCCLX, fructus fere omnia enixd sunt a medio septembri ejusdem anni in serum usque autumnum. Sclerotia consimilia, aut agaricigera aut nondum germinata, item in sylvis Gavillanis, medio pectori MDCCGLX, offendimus, reliquiis *Agarici pulverulentii* RULLIARDI (autforsan *Ag.fusipedis* ejusdem auctoris) adhuc hserentia. Specimina haec fungillos vernis nostris multo graciliores exhibebant, quippe illi inter folia nonnihil suffocati viguerant.

Animadvertisendum est *Isarium agaricinam* PERS. *Disp. meth. Fung. p. &i, tab. HI, fig. 6* /bar. agaricinam et citrinam ejusdem in sua Sijn. *Fung.* p. 688 et 689, n. U et 8; *Isar. citrinam* DITMARIO ap. STURM, *Deutschl. Fl.* sect. 111, t. I [1817], p. 75, tab. xxxvn, et CORD*:; IC. *Fung.* t. IV [i860], p. 67, tab. x, fig. i3<2; *Isar. epiphyllum* FR. *Syst. Myc.* t. HI, p. 276, salt, fide clariss. Gulielmi NYLANDRI in *Herb. Mus. par.*), simul cum *Agarico* nostro ssepissime crescere; hactenus autem ignoravimus quid sit ex hoc consortio collendum.

Aganicus cirratus noster e suo sclerotio saepius exit in figura resticulae tenuissimae, teretis, aequalis, flexuosa aut contort®, albo-sericeae, primum glaberrimae, at deinde exilissime fibrillosaa s. pilosae, instar radicularum recentium omnis plantae vasculiferae; haec statim ac e terra emersit, flocculos crassiores aquo solo tenuis agit quorum ope obfirmatur, simulque plus minus incrassatur et si lux non defuerit pileum explicare incipit; luce autem deficiente aut parciore facta, stipes gracilior et longior protrahitur nee pileum promere satagit.

Pilei initia globulum deplanatum referunt qui pedetentilim in discum nonnihil umbonatum dilatatur, lamellisque in dies latioribus et manifestioribus factis subtus augetur. Fungillus ideo (*encarpium* [TRATTIN.] dicimus) speciem suam absolutam, minimus quidem, imo quasi ubi in lucem venit, festinanter induit, deinceps ex omni parte simul increscit, nee nisi post duplum mensis trientem ex quo e terra prodiit, perfectam obtinet crassitudinem maturaque semina spargit.

Co^similis encarpiae generatio *Agaricis* gymnopodibus vulgo impertita videtur; sine negotio etiam deprehenditur in *CanthareUis* et *Craterellis* quorum inchoamenta vel oculis inermibus aperta patent. In his enim stipes jampridem elongatur verticemque nudum et attenuatum attollit, quando pileus ex hoc acumine demum retuso et in orbem seu campanulam reflexo efformari incipit. Nee secus se habent *Boleti* velo destituti. (Gfr. super *Hymenomycetum* ortu et incremento sapientissima et sagacissima beati J. SCHMITZII dicta in ephemerede Schlechtendaliana quae *Linnwa* inscribitur, t.XVI[i849], p. 168 et seq.)

E contrario velatos apud typos, primordia fungi totius in globum quasi homogeneum initio contrahuntur; snbinde vero prima laminarum et summi stipitis indicia in globi meditullio, supra centrum apparent; quare si paulo post plantam nondum explicitam dissecueris, pilei marginem imo stipiti, mediante velo, adhaerentem, hymeniumque in cella undique clausa generatum conspicis. Pediculus autem postea succrescit pileumque diu conglobatum magis ac magis evehit, donee id globi in umbellam, ex veli rupti segmentis fimbriatam expandatur, reliquo velo manuleae e summo stipite demissae speciem reddente.

Universa haec explicatio quandoque intra tegmen universale, *volvam*, ut aiunt, succedit, *Amanitis* monstrantibus; volva autem indole maxime variat, licet ex extima globi primordialis modo memorati parte semper constet, sicut verbo et adumbratione demonstrare conatus est clar. **P. PHOERUS** in suis *Planlis crypt. Germanice venenatis* (p.i3 et i4, tab. 1, fig. 15-19, el tab. 11, fig. 9). Volvam perfectiorem, continuam scilicet crassamque obtinent *Amanita aurantiaca* BULLIARDI, A. *vaginata* ejusdem (utraque sub *Agarico*) et consimiles quae, opinante Antonio a BARY (in *Bot. Zeit.* t. XVII, p. 393, in nota), *Gasteromyctum* evolutionem imitantur; tenuiorem contra, pileo arctius appeditam, et in fragmenta exigua maturissime tessellato-diffractam *Amanita rubescens*, *citrina* et *muscaria* PERSOONII, adinesque typi. Velum si una adfuerit, volvae hinc continuum est; illud vero quandoque deesse testatur *Amanita vaginata* BULL. (sub *Agarico*). Volvai minus perfecta analoga

fungillum niveum *Thelephorce lactece* FR. (*Syst. Mijc.* t. I, p. 45s; *El. Fung.* t. I, p. 205) fortassis analogum, sed potius, opinante amico clar. C. E. BROOME ad *Corticium arachnoideum* BERK, (*in Ann. and Mag. of Nat. Hist.* ser. i, t. XIII [1844], p. 315, n. 287, tab. ix, % . 3 [basidia sterilia]) ducendum. Lichenes in arborum corticibus, locis umbrosis, ssepissime invadit, initio laxe byssinus est et a clar. viro H. LEVEILLE *Rhizoctonia centrifuga* salutatur (*in Ann. Sc. nat.* ser. 11, t. XX [1843], p. 225, in nota). Id nobis summopere fuit exoptatum lit olim disceremus quid fierent sclerotia istius modi, cum *Hypochnus* ex quo nascerentur eodem simul donaretur hymenio, e basidiis sporophoris, atque *Thelephorce* inferioris ordinis¹. Wrum forte fungillus e suo tubere, mutata forma, mutatisque seminibus debito tempore exiret; an contra nil nisi byssus nova, novum intextura *Hypochnum*, inde oriretur, anxiō animo voivebamus. Porro ex *Hypochni* nostri sclerotiis, aprilī maioqū domi satis, *Hypochnum* eundēm byssinum, niveum et basidiophorum, puta sibi constantissimum, augusto abeunte septembrique jam renasci, multiplici experientia comperimus; quod tamen nihil aliud ex iisdem tuberculīs, loco temporeque faventibus, amplius unquam oriri possit, hactenus pro certo vix habuimus².

est farina furfuracea qua *Coprini* recens nati plerique abunde consperguntur; constat enim e vesiculis sphaericis, ab invicem facilime secedentibus, utriculosque prorsus aemulantibus qui summam *Arnanilte citrince* PERS. vel *muscarice* ejusd. volvam sub cuticula tenuissima struunt. Volvae etiam seu cuticula? universalis una et veli vices gerunt pili sericei et innato-appliciti qui *Corlinarium* recentem (ex. gr. *Agaricium collinitum* SOWERBEO, *hemicalochelum* BULL, et contributes) laxe involvunt; ita ut pileus typi hujus agaricini evolutionem quasi uterinam, in summo stipite jam longe protracto, inde nao^iscatur. Dantur item nonnulli *Agarici* velati, v. gr. *Agaricus melleus* VAHLIO, *granulosus* PERSOONII, *squamulosus* et *radicosus* BULL. (*F. Gall. tab. 266* et 36t2), quorum velum quasi ex corticula pedicelli soluta fiHum, ab illius basi ascendere, potius quani a summo pendere videtur, et propterea reliquias volva3 imperfectae s. tegminis universalis pileo suporne adnati mentitur.

Quidquam consimilis structural obtinere dices apud Podaxineos fungos, licet eorum fabricam aliter interpretari olim tentaverimus. (Cfr. *Ann. Sc. nat.* sef* m, t. IV,

p. 173-175, tab. ix.) *Agarici* squamulosi modo citati ex his fungis sane sunt quorum in stipite asquamas **foliacie** ceas, occurrere arbitrabatur LINN.EUS, dum simul ingenuus confitebatur se ignorare qua3nam pars, apud plurinia vegetabilia e cryptogamorum ordine, folii vices ageret, qua3nam caulis, et omne de iisdem ratiocinium diirerenduni existimabat, donee botanicorum solertia clariorem lucein in his naturae tenebris accendisset. (Cfr. LINNAI dissert, alt. *de Prolepsi Plantar.* [1763], cap. a, i_n fine.)

¹ Ab infimis *Tliekphoris*, monente jam ill. FRIESIO, *Hypochni* vix rite limitari queunt; plerique autem elementa hymenii basidiophori dissociata, libera, saepissiineque solito majora mirum in modum exhibent, ita ut fungos omnium nobilissimos, Hymenomycetes scilicet, cum humilislimis seu Hyphomycetibus manifestissime conjungant. (Gfr. FRIESII Sam. *Veg. Scandinavia?*, p. 336 et 337.)

² Fungilli de quo hie sermo est desc§iptionem fusorem edere quani fuerunt diagnoses quai hactenus prodierunt. fortassis expedit.

HYPONCHNUS CENTRIFUGUS Nob. = *Rhizoctonia centrifuga*

IV. — Ut nulla fere fungorum basidiophororum tribus sclerotis foret plane destituta, analoga occurunt tubera vel inter Gasteromycetes, vide-

LE.V. in *Ann. Sc. nat. ser. n. t. XX* [i843], p. 2s5, in *nota>=s Corticum arachnoideum BERK. in Ann. and Mag. of Nat. History, ser. i, t. XIII* (i844), p. 345, tab. ix, fig. 3, et in suis *Outlines of Brit. Fungology* (i860), p. 273, n. 3 (suadente clariss. C. E. BROOME qu^ucum fungillum nostrum communicavimus). = FLOCCI albi et tenuissimi nunc laxi vagique expanduntur et araneum prorsus mentiuntur, nunc contra densius texuntur, e centro definito in orbem quoquoversus tendunt et suffulcro applicantur. Donee araneosum habitum retinent, steriles saepius consistunt; qui autem fulcimini, quodcunque sit, arctius inhaerent, basidiorum corymbos enituntur quibus contiguis quasi tegmine niveo velantur. BASIDIA obovato-elongata, o^{mm},oi-02 ionga, obtusissima et pleraque in summis floccis caespitose conferta, sterigmata duo vel quatuor tenuissima erectaque singulatim exserunt quibus tot sporae postea suffulciuntur. SPOR/E maturae ovoideae, leves, uniloculares, plasmate homogeneo et achroo farta, o^{mm},oo5-oo7 in longitudinem et o^{mm},oo35 in crassitudinem obtinent. E floccis sterilibus potissimum oriuntur modo innumera, modo parciora, capitula velutina et alba quae increscendo glabrescant, et helvolo badiove colore sensim fucatiore inficiuntur; ea omnia tandem tot sclerotia sistunt globosa vel irregularia, crassitudine varia, alia enim molem seminis Papaverum, alia grani cannabini et quod excedit aequantia, cuncta saturate castanea, interdum nonnihil variegata, pariter glabra et e parenchymate densissimo solido albidoque facta. Haacce floccis postmodum evanidis et omni fungilli vestigio supersunt, suffulcro aliquandiu haerent aut humi decidunt, novamque prolem matri simillimam, opportuna redeunte tempestate, seminum more enituntur.

Crescit totum fere per annum, at potissime autumnali hiemalique tempore, in corticibus aridis et lichenosis, maxime in iis qui humi jacent, nee non in foliis et quisquiliis acervatis, saepius locis umbrosis et suffocatis, inde lucifugus merito dici potest. Semper enim lucem nimiam declinat, quare si truncis stantibus aut Hchenibus insitis (hisce propterea pedetentim decoloribus et pereuntibus), in umbrosis sylvarum vel ambulacrorum haeserit, aegre ibidem, obstante sane fulgentiori lumine, fructificat, nee nisi sclerotia edere valet. Perfectissimus contra ex omni parte absolvitur in pagina corticum foliorumve delapsorum quae solo humido incumbit, aut in terram ita convertitur ut lux parca byssō crescenti affulgeat.

Monitum lectorem volumus fungilli nostri floccos, et steriles copiosissime inter caeteros, cristallis obrui calcareis, albis, aliis breviter linearibus, aliis contra globosis et amorphis, quaa, affuso acido ex sulphure, statim omnia indis-

criminatim solvuntur et in bacilos multifariam fasciculatos convertuntur. Iidem flocci septis illis frequentissime utuntur quae ampulla lateral^u aucta videntur; inde etiam tales se habent qualia fja fertilia in *Zygodesmo fusco* CORD, apud clar. BI^uKELEM (Introd. to Crypt. Bot. p. 298 et 306, fig. G8#), nempe geniculatos seu imperfecte articulatos. Assimulata autem geniculationis species ex eo, ni erraverimus, provenit quod ramulus sub septo, de more, a latere natus, subito inflectatur, brevissimus persistat, et capillamento materno arctissime vertice adhaereat. Consimilis forsan origo est cellulis orbiculiformibus (*Schnallenzellen*) quas in floccis *Hypomyces Baryani* nostri deprehendisse sibi visus est clariss. Antonius a BARY. (Gfr. Bot. Zeit. t. XVII [1809], p. 395, tab. xm, B, f. 17.) Filamenta fungi modo descripti, quod ad incrementum seu tumoris figuram atlinet, quam juxta singula dissepimenta gerunt, admodum imitantur capillamenta fungina quae clar. Arminius SCHACHT turn in utriculis infuscatis radicum *Epipogii Gme-W* conclusa, tumiisdem radicibus extrorsum incumbentia observavit; atque etiamsi laudatus auctor insolitam speciem de qua agitur interpretari non tentaverit, earn tamen e ramis abortivis vel innovationum rudimentis pendere censuit. (Cfr. SCHACHT, Pflanzenz. p. i38 et 139, tab. vi, fig. i3 x, x'.)

Erunt sane qui mirabuntur cum audierint fungillum byssinum, fragilliraum et fugacem, qualis *Hypochnus centrifugus* de quo his in pagellis loquimur, culturae domesticae non repugnare; rem tamen certo certiore cognitam et iterato expertam habemus. Fungilli enim sclerotia, in corticibus aridis humi stratis durante hieme abundantissima collegimus, quae sub finem aprilis (a. D. MDCCCLX) in arena domi sevimus. Haec torpuerunt ad extremam usque aestatem, quo tempore arena in qua sepeliebantur, quasi araneo tenuissimo velari incepit. Septembri medio id aranei ex hymenio semifero niveam passim induerat speciem, simulque longe lateque quoquaversus serpserat. Inde per longos menses fungillus sese magis ac magis explicuit, haud secus atque si illius disseminatio omni arte industriaque humana vacasset. Sclerotia autem medio octobri effossa quidquam detrimenti, licet floccis sparsis obsita, nondum passa fuisse videbantur; colore enim, duritie, crassitudine et parenchymatis seu meditullii integritate talia se praestabant qualia terrae vere credita fuerant.

Fungina inter tubera quorum crescendi modum et fecunditatem investigare unquam studuerimus, sola nostri *Hypochni centrifugi* sclerotia cum dictis clar. LEVEILLEI circa *Agaricorum* ortum^uquos e stirpe tuberosa prodire novit, quodammodo congruent. Etenim *Agaricus cirratus*

licet in *Tylostomatis brumalis* DC. mycelio, pleraque ovato-oblonga, fimum murinum quoad formam mentientia, nivea autem resticulisque concoloribus et perquam exilibus alia aliis religata, adeo ut mycelium turn e fibrillariis> Persoonianum vocabulum ut usurpemus, subtilissimis et varie anastomosantibus, turn e monilibus modo laxis, modo densioribus, exinde fabricatum evadat.

V. — Sclerotia apud Ascomycetes potissimum in immenso *Pezizarufn* grege generantur; nonnulla tamen Pyrenomycetum propagationi inserunt. Plurima priorum exempla in pagellis superioribus attulimus¹; de aliis pauca dicenda sunt. ¥

Hypomycetis armeniaci nostri qiii carnosos inter Sphaeriaceos funpos militat, sclerotia minima, globosa albidaque, ex hyphis summis mycelii mucedinei articulatis et stipatissime ramosis primum proveniunt². Matura autem quid fiant, et quo modo *Hypomycetem* renovare soleant, nondum exploratum habuimus.

De genesi miraque historia *Sclerotii Clavi* DC. et affinium qua³ *Clavic平安* cipites alunt, longam olim edidimus commentationem³; a plerisque sclerotiis haecce discriminantur turn vita parasitica, turn apparatu conidifero quo initio vestiuntur; oleo praeterea scatent copiosissimo, venoso quidem, at haemorrhagia laborantibus etfeminis aegre parturientibus valentissime propitiabili. Humor oleosus in sclerotiis setiferis *Vermicularip*

et racemosus PERSOONII, iuberous BULLIARDI, simulque *Coprinus*, *Typhulce*, Mucedines et *Pezizce* sclerotiigenae de quibus supra (p. 102 et seq.) verba fecimus, singuli pariter e suomet ipso tubere, statis temporibus, emergunt, nedum e mycelio floccoso novo quod sclerotium seu radix prius gigneret, originem ducere soleant. Veremur ideo ne quid erroris, quod ad primordia *Agarici tuberosi*, *stereoratti* et *grossi* attinet, in commentationem cl. LEVEILLEI de *Sclerotii* (in Ann. Sc. nat. ser. altera, t. XX, p. 927, 228 et Q3O) irreperserit.

¹ Videas supra, p. 103 et seq.

² Cfr. Ann. Sc. nat. ser. iv, t. XIII (1860), p. 12. *Hypomyces armeniacus* noster (loc. cit.) fortassis non differt a *Spluerm ochracea* PERSOONII (*Syn. Fung.* p. 18) qua? depingitur in ejusdem auctoris *Mycologia Europaea* (t. I, tab. 1, fig. 1), ut docet schedula illius manuscripta in Bibliotheca

³ Musaei parisiensis. Fungillus hie Persoonianus pro forma peculiaris *Sphcericv citrinw* PERS. apud FRIESIUM (*Syst. Myc.* t. II, p. 338) immerito habetur; quippe id *Sphceriw*, propter sporas senas denas in ascis digestas, inter *Hopocreas* sinceras jure militat. *Sphceria ochracea* GREVILLIO in litteris, secundum FRIESII *Elench. Fung.* t. II, p. 70, et fungillus homonymus clar. MONTANII (in Claudi GAY *Flora Chilena*) ad *Nectrias* pariter spectant; hicce quidern, sicut nobis autopsia comperire licuit, *Nectrice cinnabarinw* FR> nostrati peraffinis est.

³ Cfr. Ann. Sc. nat. ser. 111, t. XX (1853), p. 5-56. tab. I-IV; qua? in medium protuleramus super *Clavicipitum* ortu e clavis anthobiis plantarum glumacearum (ENDL.), bene nulli renovatis experimentis confirmarunt, nempe clariss. DURLEUS, BERKEL.*LS, vir nobilis CESATIUS, Theodorus BAIL, Julius KUHN aliique.

minoris FR. (*Solani tuberosi* L. caulis aridis insitae), in *Sphcerice eutypce* FR. acericolae stromate insequali et carnosus item abundat et olet, nee in *Polystigmate* parcus (aurantiacus) diffunditur; copiosus item continetur in strato carnosus, superiore seu exteriore, *Sphwriw Stigmatis* HOFFM. et *Sph. discrete* SCHW. Animadvertisendum tamen est, cum Mauritio ASCHERSON¹ oleum, apud Fungos, *rulgo ia sporarium sinu potissimum elaborari, licet olim contenderit b. ME YEN eorumdem utriculos communes in suis ipsis parietibus adipe quasi imbutos aliquando deprehendi. (Cfr. POGGENDORFII *Annales Phys. et Chimice*, t. XLIV, p. 639-642, et WIEGMANNI *Archiva Hist. naturalis*, anno V [1889], t. 11, p. 5G.)

VI. — Forma mycelii sclerotoides seu tuberiformis non omnibus fungis quibus solemnis est' adeo necessaria videtur, ut ea deficiente perent aut steriles consistant. *Agaricus tuberosus* BULL. (*Fung. Gall. tab. 256*), exempli gratia, e mycelio mere byssino, parco autem, ut supra notavimus, interdum nascitur, tuncque stipite sequali et macro sese excipit; fungillis vero tali modo ab ima basi gracilipedibus, alii de more tuberosi, cornuaque nondum in stipites elongata, simul commiscentur. *Botrytidis*

¹ Pro sclerotis sinceris maxime ea accipimus qua? ex utriculis polygonis cohaerentibus, scilicet e vero parenchymate, in cortice saltern, struuntur; qua? contra nonnisi filamentis dense glomeratis compinguntur, spuria velimus dicere; priora mycelii statum normalem sistunt, reliqua saevis formam adventitiam, sicuti concludere licet e sclerotio *Penkillii glauci* LK. clarissimo LEVEILLE semel obvio. Etsi frequentiora nascuntur, sclerotia *Rhizobtoni* <*e violacew* TIL. (scil. *R. Crocorum* ac *Medkaginis* CANDOLII, et byssorum consimilium), structure iis solitae habita ratione, scleroliis spuriis s. imperfectis annumeranda sunt. (Cfr. nostros *Fungos Hypogmos*, p. ig3 et ig4, tab. vm et ix.) Altamen necare nolumus sclerotiorum parenchyma super elementis ex° quijus consit maxime variare, sa3pissimeque e cellulis informibus et quasi filamentis nodoso-articulatis effici. Rem tantum sclerotia *Tylostomatis hrimalis* CANDOLIO et *Clavarice juncecc* LEVEILLEI, sclerotium illud immane quod apud Sinas *Hwlen* audit, plurimaque ex his numerosis nra3 in MAXBBII *Fungis Gallicis* exsiccatis reponuntur. Superest interim observandum quod *Sclerolia* nonnulla, ut *S. Inplanatum* TODE, epidermidem induant a parenchymate supposito quandoque solubilem, tenuem et lenacem, quam

cellulae struunt tabulares, polygonia3, flexuosa, nee ab utriculis epidermidis protophytorum complurium maxime' discrepantes. Neque recordamur nos unquam apud unglos aliam deprehendisse membranam quae summum tegumentum protophytis solitum, hysterophytis contra denegatum, magis imitaretur. Externa ilia quorumdam *Sclerotiorum* fabrica ill. CORD AM non fugit qui eamdem in *Sclerotio* suo boletophilo atque in *S. complanato* TOD. verbo et icone notari curavit. (Cfr. ejus *Icon. Fung.* t. III [1839], P- 18-20, tab. in, fig. /i9-56.) Moneamus autem *Sclerotium violaceum* CORDJE, loco citato descriptum, e conceptaculis recentis natis *Sphwriw pulicaris* FR. (*Nectriw nobis fusariigerae*), nisi omni specie decipiatur, constare. Clar. Theodorus BAIL qui sclerotium basilare *Phacorrhizw sclerotiodis* DC. (sub *Clavaria*) quoad intimam structuram attentissimis oculis scrutatus est, illud vix secus vestiri ac *Sclerotium complanatum* TOD. expertus est; utriusque autem fungilli epidermidem de specie mire cellulosam, potius cuticulam esse continuam et lineis in modum reticuli exstantibus ornatam contendit. (Cfr. RABENHORSTII *Hedwigiam*, t* I [1856], p. ,4.)

cinerece PERS. (*Disp. meth. Fung.* p. ko et [^]7, tab. HI, fig. 9) mycelium floccosum in arbusculas discedit, fecunditate neutiquam impares iis quae e scierotiis dehiscentibiis assurgunt. Sclerotia, ni nos omnia fallunt, munus idem explet quod rhizomata hypogea variaque bulborum genera apud plantas perfectiores; etenim fungi vitam sestate hiemeve torpem, tutins quam byssus primaria favere servareqim valent¹. Sclerotia namque autumno seniori hiemalive tempore, rarius sestate currente, informantur, nee nisi vere vel autumno anni subsequentis fructus promere solent. (Cfr. *Ann. Sc. nat. sor. m, t. XX* [1853], p. 37, in nota, et p. [^]8, n. 2².) Cæterum in hoc sentire- clar. LEVEILLEI praelaudati auctoritate nitimur. (Cfr. comment, ejus de *Sclerotii Skuip.* citatam, p. 2/u et 2².)

¹ Hoc etiam inter Myxomycetes obtinet qui scierotiis frequenter utuntur. Sclerotia enim prorsus imitantur multifariae illae gtebulia? initiales Myxogastrium FRIESII, modo contract®, modo effusae et placentiformes, leves aut colliculosae, flavidae, aurantiaceae, virentes aut fuscse, cerae naturam aemulantes, totaeque ex utriculis globosis v. ovatis, Siepius inequalibus et vix (aqua affusa) cohaerentibus aut facile disjungendis composite; qua? nunc in mediis sic dictaruin *Phlebomorpharum* resticulis quasi nodi informantur, nunc ex earumdem apicibus pecniliariter inspissatis et coailitis oriuntur, vel extremum *Mesentericarum* limbum incrassatum struunt, ac reliquo mycelio mox evanido vel destructo solae supersunt, tuncque arescant, donee, jove iterum «favente, aquam combibant et in *Phlebomorpham* aut *Mesentericam* novam, sterilem fertilemve, ipsae explicitur. De hoc laete versicolore sclerotiorum genere quod hieme, inter folia coacervata et in stipulis quisquiliisve, sexcenties observavimus, conferas caput in (p. /i6-&9) dissertationis Baryanae supra laudatae de Myxomycetibus, in *Zeitschrift fur wissenschaftliche Zoologie*, t. X (f8 5 9).

² In utroque loco hie citato nos errasse videmur aut de *Sclerotio Pustula* CANDOLLII, aut de *Clavaria* s. *Typhula* quam ex hoc tuberculo pronasci affirmamus. Hinc enim clar. LEVEILLE *Pezizam*, nempe *P. Candollianam* suam, e sic dicto *Sclerotio Pustula* DC. ortam vidit (cfr. *Ann. Sc. nat. ser. 11, t. XX, p. 233, tab. VII, fig. 4*); illinc etiam *Clavaria sclerotoides* DC. (FL Fr. t. VI, p. 29, n. 2h9°) quam *Typhulam* FRIESIO imprudenter fortassis diximus, sclerotio cuidam *Gentianis* infesto nee a *Sclerotio Sernine* TODEI, docente clar. LEVEILLE (Dissert, cit. p. Q3I), diverso inseritur. *Clavaria Candolliana* a clarissimo MOUGEOT adumbratur in PERSOONII *Mycologia europea*, tab. xi, fig. 1 et 2, quas icones ad suam *Phacorrhizam sclerotoidem* clar. PER-

SOON (*Myc. europ. torn. I*, p. 193), judice eodem b. MOUGEOT, perperam traxerit. (Cfr. FR. *Elench. Fung. torn. I*, p. 238, sub *Pistillariaphacorrhiza* FR.) Unum saltern restat certissimum, nostrum scilicet *Sclerotium Pustulum* graniforme, sphaericum, exiguum, nigrum, et in foliis caulinibus que *Enjngii campestris* L. humi putrescentibus autumno hiemeque natum, gracilem *Typhula* speciem, *Typh. lacteum* nostro; (supra p. 106, not. 2) maxime analogam, extrenio septembri octobrique mense anni proxime sequentis (nempe a. R. MDCCCLII) domi cultum enixum fuisse. Animadversendum insuper est nos, loco citato, subiculum hypogaeuni *Pezizce tuberosw* BULLIARDI, olim apud SOWERBEIM (*Engl. Fungi*, t. 1, tab. LXIII) *Lycoperdon Tuber* dictum, pro *Sclerotio stercorario* DC. dubitantes habuisse, cui e contrario, pronuntiante cl. LEVEILLE (Dissert, sup. eit. de *Scierotii*, p. 228), *Agaricus tfercorarius* BULL, rite insideret. Quid minim autem quod ex tot manck *Sclerotiorum* descriptionibus et iconibus hue usque evulgatis, tutum eruere criterium nondum potuerimus cuius ope *Sclerotia* ilia singula in quae unquam inciderimus, nomine certo valuerimus salutare? Quis negare velit pleraque aut quoad originem aut quoad fructum, fungis minus notis meritissimo fore annunieranda? *Pezizce tuberosce* BULL, stirps bulbosa cuius inchoamenta nulli fortassis hactenus innotuerunt. maxime etiam imitari videtur *Sclerotium compactum* DC. (FL Fr. t. VI, p. 112) quod in herbario Gandolliano gallico, e thesauris Musaji parisiensis, vidimus, cuiusque fructus ignoratur. Olim autem erit comperiendum sitne *Peziza tuberosa* BULL, reapse diversa a *P. Sclerotiorum* LIBERTY, solita legitiniaque, docente sagacissimo viro Eug. COEMANS (vid. supra p. i03, not. 1, in fine [p. to5], et p. 111, nota 1), *Sclerotii vari* PERS. genitura.

Nunc autem satis multa de *Scl&rotiis*. In exponendis quae ad ea spectant, lonsiore si fortassis usi fuerimus sermone, venia in eo sit quod mycelii *o-*enus prae caeteris studiosa dignum indagatione constituant. Restant quidem multae aliae formae fallaces et minus notae, ilia nempe mycelia quae isti FRIES amphibola declarat. (Cfr. ejus *S. Veg. Scand.* p. 52 2-5g3.) Hsecce ut *Ozonia, Bacodia (Byssus cryptarum [LAMK.] DC. Fl. Fr. I II,* p. 67)) *Rhizoctonice, Byssi* plurimae, nee non genera pariter spuria quae supra memorantur (p. 99-101), in summi FRIESI¹ et clar. LEVEILLE² scriptis praesertim enumerantur, minus autem illustrantur. Attamen documenta plura vario in hoc argumento praestare vix ulli hodiernorum mycologorum contigit. Super *Fibrillariq PERS.*³ saltern et *Rhizoctonia* DC. nil certius, his in temporibus, innotuisse videtur quam quaa in libro nostro *de Fungis Hypogaeis* (p. 2, in nota, et p. 188-196), decem abhinc annos edito, continentur. Circa *Bhizomorphas* pauciora ibidem (p. 187) attulimus quam ut, hie occasione data, in argumento aliquantis per denuo versari non liceat:

VII.

De vera *Bhizomorpharum* natura multum disceptatum est⁴. Plurima? ait FRIESIUS, quaa nil nisi radices plantarum perfectiorum personata³, nullo

¹ Videsis eju[^] *Syst. Mycol.* passim et maxime t. III, p. 261-267; *Systematis Orb. Vegetabilis* paginas 199-201 et 212-219. ultimas *Remonstrationis;* et *Sumtn. Veg. Scand.* passim ac prsecipue p. 518-525.

² CIV. varias illius dissertationes ac praecasteris supra laudatam quaj de *Sclerotii* speciatim tractat.

³ *fUrillariw forma videtur MICHELII Agaricum candidum, radicibus arborum fibrosis simile, inter humum et lignum v. lapidem innascens, in hortis florentinis. (Nov. PI. Gen. p. 125, n. 22.)*

⁴ Locupletissima de *Rhizomorphis* commentatio in *Actis Academics Scientiar. Holmiensis ad annum D. MDGGCXIV* (p. 201-236, tab. ix) evulgata, illustri viro Erik ACJURIO debetur praeterea ea quas ad earumdem historiam illustrandam ips'e etiam in sua *Lichenographia universa* ^8, 119 et 587-591, tab. xu, i.g. 7"8); a. D.MDCCCX Gottinga edita. antea attulerat. Character genens *Rhuc-*

morpharum sequentibus verbis, suecum apud magistrum, traditur: receptaculum universale elongatum, lineare vel filiforme; simpliciusculum vel ramoso-ptoliferum, ramis raro anastomosantibus; aut basilare-erectum, penduljum vel prostratum, aut in duas vel plures directiones croppositus subrepens subadnatum; cortice membranaceo, glabriuscule vel pubescente, sive vellere lanuginoso obduplicatum; intus stuppeo-fibrosum, compactum, raro subfistulosum. Receptaculum partiale subglobosum, sessile vel subpedicillatum, sparsum, solitarium vel conglomeratum, e substantia tali corticale formatum, maturum rupulvere fructificante refertum, foramine pertuso aperiuntur. *Rhizomorphce in basilares s. lichenoideas* (e quarum numero sunt *Rh. chordalis, hippotrichodes, setiformis, subterranea* et plures quas tacemus), et *reptalrices seufungoides* (quales sunt *Rhiz. subcorticalis, capillaris, Xylostroma*, aliaque) dividuntur; fructus autem omnium, praeter *Rhi-*

pacto inter fungos genuinos reeipiendfe sunt; alia? coñtra pro fungorum iegitimorum incunabulis seu myceliis nondum fertiibus haberi volunt, quapropter diversissimas sedes in regno fungino verisimillime reposcunt. (Cfr. FRIESII S. Orb. Veg. p. 216 et 296 nee non S. Veg. Sc. p. 620 et 521.) Porro de solis illis *Rhizomorphis* quse ad Pyrenomyctei vel Hymenomycetes spectare plerisque Mycetum scruttoribus sestimantur, pauca quondam praefatis obiter addere nobis in animo est; atque ex expositis, ni fallimur, scientiae interesse iterum patebit ut ambiguum *Rhizomorphaftim* genus deleatur et ad multifariam myceliorum catervam totum quantum amandetur¹.

I — Typos, inter *Rhizomorphus*, caeteris longe digniores exhibent 7? *subcorticalis* PERS.² et *R. subterranea* ejusd. (Syn. Fung. p. 70/1-705), quas pro eodem fungo, forma et habitu admodum vario, nempe *R. fr̄nmlī* ROTH. (Catal Rot. t. I [1797], p. 93a, n. 1), auctores commendatissimi, ut CANDOLLIUS (Fl. Fr. t. II, p. 981, n. 751) et ill. FRIESIUS (S. Veg. Sc. p. 38Q³) habuerunt. Hanc *Rhizomorpham fragilem* ROTH, fructibus instructam paicissimi hiicusque viderunt. Qui in fructus sinceros incidisse sibi suaserant, plerique, ut RELVISIUS⁴ et cl. EHRENBERG, meras excrescen-

zomorpham setiformem ACH. (*Hypoxyton loculiferum* BULL.) et *Rhiz. subcorticalem* PERSOONII, ACHARIO latuerunt; quare etiam non possumus quin vegetabilia omnia ab eo sub *Rhizomorphe* titulo descripta, fungillo Bulliardino solo excepto, pro meris myceliis vel tballis licheninis sterilibus habeamus.

¹ *Rhizomorpharum* genus, opinante clariss. EHRENBERG (Sylv. Myc. Rerol. [1818], p. <J3, n. 14^a), * forte plane rrmullas habet species. Quicquid enim harum formarum rrmultis viris et mibi (ait illustris auctor) hue jecjue occiirrit, sive radices, sive stolones fuerunt niajojum fungorum. . . . Non dubito^aquin et de fi. snhcorticali rraliquando aut fungus auctor aut alia quitedam planta In-
* no testa .*

² Ad hunc typum pertinent, ni fallimur, *Rhiz. dichotoma*, *spinosa*, *patens* et *hybrida* a SOWERBEO adumbrataa in suis *Fungis Anglice*, t. III, tab. 5198, 299 et 393. Hujus loci etiam sunt *Agaricum nigrum*, *reliculatum*, *compressum*, *emortuis arboribus inter corticem et lignum*, *interdum in ipso ligno innascens ac late se diffundens*, nee non et *Ag. nigrum*,

reticulatum, *non compressum*, *Quercuum cavevnis inngscens* ac late se diffundens beati MICHEUI, NOV. PI Gen p. I^a n. so et . . ., tab. 66. fig. 3 (qua³ ad Affar. 90 sp̄cial); hocce, ut vuletur, formam illam leretem *Rhizomorphw fragilis* ROTH sistente quae ab aliis (v. & r. Friderico REBEX-TISCI) [teste SPRENGELIO, Syst. Veg. t. IV, part i p. 54, | et PERSOONIO [Myc. Eur. t. I, p. 55]) *Rhiz. scandens* nun^ccupalur. *Rhizomorphn* autem *byssoidea* DC. Fl. Fr t. VI p. 116, n. 75^b, in locis obscuris lecta, mycelium' ex *Himantia* simul et *Fibrillaria* quasi coadultis factum des. Vnat

³ Typus generis (*Rhizomorpharum*) est *Rhizom. subterranea*, planta quoad formam, ramificationem et superficiem maxime varia. . . . De differentia *Rhizomorphm subcorticalis*, quoad formam exlegis, omnino dubius rsum. (FR. S. Orb. Veg. [i8a5J, p. Q, 6 et 297.] ^Unica tgenuina *Rhizomorpha*- species est *Rh. subterranea* in plus es forsitan dividenda.* (Idem, Elench. Fung. t. U [1828] p. 59.)

⁴ "Quelquefois on voit sur les filaments de petites dminences ou tubercles, qu'un cil pen exerce prendrait

tias agnoverunt'. Fructus, teste GANDOLLIO, e tuberculis sparsis v. in cses-
pites cono-estis, sphaericis, nigris, nonnihil corrugatis, poro terminali et
vix manifesto apertis, nee non pulpa atra seminifera fartis constant. (Gfr.
CAND. in *Bull. Soc. Phil. par.* t. III [1802, ann. XI Rp. Fr.], p. 102,
tab. xii, %• 2, et *Fl. Gall.* ioc. cit.) Fertilem fungum etiam reperisse
dicitur clar. J. W. HORNEMANN (cfr. *Fl. Dan.* fasc. XXXII [18*7], p. 12,
tab. 1919) q^{ui}i ^{cum} FRIESIO larga manu messem lectam" communicavit.
(Cfr. FRIESII *Flench. Fung.* t. II, p. 59, et 5. *Veg. Sc.* p. 382, nota 1.)
Inde monuit upsalensis mycologus temere nos de autonomia *Rhizomor-phafragilis* ROTHII movisse dubia (in nostris *Fungis Hypogwis*, p. 187);
perithecia enim conico-ovata, papillata, ramulis hujus fungi insidere,- as-
cosque, *Hypoxylorum* more, sporis octonis et curvulis fetos, his in frudj-
bus contineri. (Cfr. FRIESII *NOV. Symb. Mycol.* [1851], p. 127, in fine.)

Hsec ill. FRIESII enuntiata cum Candolliana descriptiunctula, modo
memorata, neutquam quadrant. Fructus HORNEMANNIO obvios, fructus
saltern verbis Friesianis congruos, quod nunquam offenderimus maxime
dolemus; quos autem CANDOLLIUS adumbravit, Acharianis haud dissimiles,
nobis ipsis prope *Tarare* agri Lugdunensis, loco dicto *Dareize'*, autumno
an. S. MDCCCLVI, certe reperisse contigit. Attamen licet his in fructibus,
plerisque quidem tune temporis exoletis, superstites quasdam latentesque
detexerimus cellulas sporomorphas, sphaericas, leves aut subasperulas,

ff pour des capsules telles qu'on en voit dans les *Sphwria*
KPERS. Mais si on ouvre ces Eminences ou tubercules, on
ffn'y trouve qu'une substance cotonneuse et blanche, sem-
ffblable a celle qui compose l'intérieur des rameaux, et
trrecouverte par le même épiderme, ce qui prouve eVi-
fdemment que ces tubercules ne sont que des excrois-
tfsances ou de jeunes ramifications naissantes.» (PAL. DE
BEAUV. in *Ann. Mus.par.* t. VIII [1806], p. 337 et 338,
tab. 57.) **Hie agitur de Agarico nigro, reticulato, com-
presso..** MICH.N. *PL Gen.* p. 125, n. 20, tab. 66, fig. 3,
seu *Lichene aidelo* HUMB. *Fl. Friherg.* p. 33, n. 54, de
fungo scilicet qui pro *Clavark phosphorea* SOWERB. *Engl.
F t 1 tab. c (Rhizomorphaphosphorea FB. Syst. Myc. 1.1.*

' 476 in fine), et *Rhkomorpha subcorticali* PEBS. vulgo
Lbetur.(Cf,SP_RENGELuS^A. *Veget.* t. IV, part. 1, p. 542.)
ff ... Tubercula vidi.. • qualm fere depinxit ACHA-
,B,«s, que vero non pro fructibus agnoscere potui; erant

arudes excrescentiae.* (EHRENB. *de Mycetogenesi*, in *N. Act.
Acad. Nat. Cur.* t. X, p. 169 etiyo.) Etenim ACHARIUS
cum Lichenes per universum orbem palantes colligeret, ne
quemquam imprudenter omitteret, totum *Rhizomorpharum*
genus ut suum, animi quidem dubius sed veterum com-
plurium auctoritate et exemplo nisus, vindicavit; tubercula
iis aliquando inspersa fortuitas arbitratur excrescentias, ac
non modo non apothecia sincera sistere, sed nedum in ce-
phalodia informari; Candolianos tamen fructus quamdam
apotheciorum *Sphcerophori* similitudinem referre, illisque
majorem *Rhizomorphas* inter et Lichenes quam easdem
inter et Fungos necessitudinem declarari. (Cfr. ACHAR.
Lichenogr. univers. [1810], p. 118-119, 587 et seq.)
Postea quapropter idem ACHARIUS pronuntiat impertiri
Rhizomorphae subcorticali PERS. cr apothecia subglobosa, so-
rritaria vel conglomerata.» (Cfr. *Act. Acad. Sc. Holm*, ad
a. MDCCCXIV, p. aa3, n. i5, tab. ix, fig. 1.)

fuscas vel pallidiores, plasmate grarfOso refertas, sparsas confertasve (paucas insimul), nunquam >ero autascis inclusas aut basidiis suflultas, vera eorum natura*^{hobis} dubia incertaque rentyuisit. Gallas enim ex insestorum ictu natas nimis mentiuntur¹, et contra CANDOLLII dicta, tot poris

¹ Nemo sane mirabitur gallas in Fungis occurrere qui tantani insectoru*copiani alere solent; nescimus tamen an qnis unquam de gallis hujusmodi mentionem fecerit. Omnino, ni fallimur, praetermittuntur in dissertatione doctissimi viri LACAZE-DUTHIERS, olim in *Annalibus Scient. naturalium*, ser. in, t. XIX (1853), p. 273 et seq. edita. Praeter gallas *Rhizomorpharum* de quibus supra agitur, incidimus in duas alias ab iis et ab invicem maxime dissimiles. Utramque minima insecta e Diplerorum osdine hospitio excipientem, septembri mense (a. D. MDCCCLX), Cavillae agri versaliensis, in alnetis opacis vivam offendiliis. Ex his gallis funginis alias in mycelio fibrilloso-merismatiformi *Thelephom alba?* (*T. lactew* PERSOONII, opinante doctissimo simul et officiosissimo amico C. E. BROOME), ligno alneo applicata³ nascuntur; carnosae sunt, obovato-oblonga³, ruditer villosae, niveae, uniloculares, vix centrietrum longae et lineam circiter crassae; modo solitaria? suiTulcro incumbunt, modo 3-5 insimul quasi in fasciculos compinguntur et resticulam funginam s. funiculum communem terminant; singulae caeterum larvam solitariam albidiisque fovent. Quid bestiolae perfecta) ex larvis istius modi exeat, nondum compertum habuimus; harumce autem structura vermem ex *Tipula* (LATR.) natum manifeste denuntiat. Id monitum praeterea velimus, scil. gallas easde in niveas e solis mycelii matricis apicibus mire tumefactis et mutatis oriri, proptereaque gallis supra memoratis *RhizomorphcB subcorticalis* PERS. congruere, quae cum nodos inspersos fingerent, e ramis mire abbreviatis originem duxisse plerisque videbantur, ideoque terminales etiam dici merebantur. Genus alterum in mycelio endoxylo et latente *Pohjpori radiati* Sow. (BERK, et BROOME) alnicole provenire videtur; glebulas molliter suberosas, tmidique velutinas, saturate rufo-badias, pulviniformes, modo hemisphaericas et /i-5^{mm} diametro metientes, modo oblongas tuncque 5-30 millim. longas et 4-to latas, omnes circitef a-4^{mm} crassas, quandoque senescendo scrobiculis signata^s fulcini omnino applicatas, gregarias solitariasve exhibet. Singulis in pulvinulis spisse nidulantur primum larvae rubea⁴ perexiguae, subindeque folliculi innumeri v. parciore. ovato-globosi, vix semilineam longi, et castanei coloris. Larva autem in nympham, ac tandem in perexiguum culicem, brevem, atrum, pilosum, alis macula marginali extrosum notatis, antennisque arcuatis et moniliformibus ornatum, mutatur, somno longo excutitur et in lucem prodit, nymphae exuvias simul e folliculo partim adductis. Hoc

Dipterorum genus, docente amico nostro H. LUCAS quem omni doctrina entomologica abundare ja'mdudum bene multi norunt, inter *Bibiones* (GEOFFR.) locum reposcit. Gallas has bibioniferas denuo iisdem locis, noVembri exente, laete crescentes vidimus; quaxlam suffulcro nonnisi angusto puncto centrali haarebant, vix secus atque galla³ illa³ lenticulares, assueta *Cynipum* hibernacula, qua? in fo-His quercinis generantur (cfr. LACAZE-DUTH. loc. sup. cit. p. 313-315, tab. xvin, (ig. sup.), et ab iis delapsis ingruente hieme solvuntur, singulae larva solitaria gravida?.
Larvae sociae in gallis funginis nostris imum meditullium potissime habitant.

De gallarum origine jampridem litigatur; namque licet neminem fugerit primam gallae causam in insecti cuiuscunque ictu versari, merito contendunt natura? curiosi ut caused hujus solitos effectus intelligerent et interpretarentur. Quis enim non admiraretur multitudinem illam palmarum, mole, forma, colore intemaque structura diversissimarum, in omni fere vegetabilium genere et omni eliani eorumdem organo occurrentium? Et quis prajterea capere poterit haec mirifica cynipum incunabula ex inconspicua laesione oriri? Mechanica omnis chimicave explicatio hie male cadit, aut saltern nullo modo suficiens est; et interpretum acutissimus quisque vitam, ne dicamus, duce illusterrimo Francisco REDI, vegetabilem animam, si fastidiose, LACAZII (in *Annalium Sc. nnt. t. sup. cit. p. Q 84*) exemplo, repudiaverit, solam clavim temerarius simul abjecerit qua mysterii claustrum reserari possit. Frustra desudant qui enitunt ut stupenda gallarum diversitas ex varia veneni culicini natura pendere existimetur. Gaveamus ne specie decepti, gallam morbo ita aequiparemus ut quidqiiid discriminis intercedit praetervideamus. Ex virus corpori animali inserto humores sistunt, densiores coeunt aut quasi in putredinem simul cum carnibus convertuntur, ossa etiam sua vice corrumpuntur, vitaque, nisi tota primum oppressa fuerit, subinde pedetentim contabescit. Sajpissime equidem arescunt quoque ac pereunt illa? vegetabilium partes quae culicibus laeduntur, quando scilicet bestiola sibimet ipsi tanlum autproli insertaj, cui in futurum vivo parenchymate non opus sit, a planta laesa victimum reposcit. Longe autem aliter accidit, si germe niaterha industria in vulnere reconditum, larvam in medulla viva editurum est. Tune enim benigne excipitur ovulum depositum, ut a tenera curruga ignavi cuchi proles; atque tantuin abest ut vita vegetabilis ex ambitu recedat, ut contra laetior ac-

exiguis singuli perforantur quot tubercuiis exiguis, brevibus, cylindrico-truncatis, pallentibus, sparsis v. densioribus asperantur. Intima eorumdem substantia ex parenchymate subereo-laciinoso constat; cortex arefactus fragilis evasit. Ab iis neutiquam discrepant fructus quos clar. LÉVEILLÉ

cedat, animalemque foetum in sinu hospitali quidem, amico autem et foecundo planta incisa concipiat. Naturam non modo a tali adoptione non abhorre, sed etiam illi sollicite favere patet. Inde oriuntur multifaria ilia habitacula et commeatum cornparationes quae in globos, tubera, lentes cornuave excrescunt, saepiusque necessaria vitas hospitis excedere videntur. Quippe meminisse expedit id plantarum communis esse muneris universa alere animalia (*Ps. CXLVI*, 8), eas autem ex aere, aqua et primariis elementis solutis suum ipsum trahere nutrimentum. Ideo e gallarum consideratione aptissimum eruere licet exemplum mirae harmonise qua entia utriusque vivi ordinis inter se connectantur, abditaque simul prodantur divini Artificis consilia. Quemadmodum enim vegetabilia, ut plant^{*} domesticae in primis testantur (animalium instar quas, Dei providentissimi jussu, homini servire a saeculo coguntur), quasi ad libitum nostrum mores et habitum mutant, sic etiam eadem vel minimis animalculis obedire jussa sunt, quare debitas illis stmint aedes et annndnas eo vehere et congerere student. De bestiolis illis propterea sane dicendum quod de Liliis campestribus scripta sacra docent; nullum mortarium, ne SALOMONEM quidem, a in omni gloria sua, n sicut hi vermiculi, nee splendide unquam habitasse, nee tantis opibus usum fuisse. Nonne verum pudebit naturae scrutatorem tot et tanta in matre vegetabili prodigia mechanicis et quasi fortuitis causis, puta cuidam humorum extra viam solitam, propter veneni culicei acritudinern, effusioni, et certa3 ejusdem stimuli cum planta? hospitis natura congruentiae adscribere? (Gfr. LACAZII dissert, sup. cit. et ORBINII *Lex. univ. Hist. naU* t. VI [i845], p. 8, v° GALLE.) Utique plurimum abest ut convenientiam bane negare velimus, quum earn omnia testentur, sed nobis longe magis placet entium viventium quam substantiarum inertiuin, animarum quam humorum mutuas rationes contemplari, admirari; quare venerabilis BROSSIUS anima3 vegetabilis, artificis simul et spiraculum vitas in seipsa suscipientis, olim strenuus defensor, egregie dicit: crLa vie en quelque rrsuet que ce soit n'est point sans âme, et l'âme n'est point frsans vie, plutôt e'est elle qui la donne, et d'elle qu'elle rripiocede; aussitôt qu'elle s'absente ou quelle cesse de crmouvoir en Fanim**, la vie défaut. . . Nous concevons rpar elle un esprit artiste en cheque sujet, ouvrageant en rra matière qu'il dispose et agence selon sa connaissance reet inclination naturelle, pour produire son action sensible, crdonnant au corps des plantes les grandeurs, conforma-

ffitions, figures, ressemblances, les couleurs, odeurs, saffeurs et les qualite's du chaud, du ffbid, du sec et de frriumide, avec les vertus payliculières d'etre alexitères, ffvenimeuses, laxatives et autres; conlenant les faculte's de cfliourrir, d'accroitre, d'engendrer et de specifier, n (Cfr. Guy de la BROSSE, *De la Nature, Verlu et Utilité des Plantes* [1628], p. 18, 26et27.)

Erinea et c^on similis formationes quee Phylleriaceae apud FRIESIUM (*Syst. Myc.* t. Ill, p. 519-526) audiunt, mine, fere omnium consensu, pro excrescentis mere exanthematicis cellularum pilorumve epidermidis protopliyloruni habentur, ideoque a fungorum legitimorum societate remo ventur. Utrum vero propter insectorum minimorum injuriam, arborum foliis occulte illatam, nascantur, an causam aliam agnoscant, adliuc dubio premitur. At certo certius est mycologos incautos gallarum sincerimarum specie non semel deceptos fuisse. Justum talis erroris exemplum a sic dictis fructibus seu pyrenocarpis *Rhizomorphv subcortikal* PERS. si, praeter opinionem nostram, non repeti possit, indubia alia testimonia, juvante LINDEL^{AO} (*Veg. Kingdom*, ed. altera, p. 3i et 3s, in nota, iconib. accendentibus), non deficiunt. Nonne enim gallae concavo-lenti-formes (*Galles engirnblettes* LACAZE-DUTH. in dissert, supra laud. p. 315-318, tab. xvm, fig. 1) quae in postica foliorum pagina queruum noslratiuum sero autumno haerent, pro *Xylomate pezizoidi* PERS. (*Phacidio coronato* FR.) ab Henrico FUNCK (*Crypt. Gew. des Fichlegeb.* fasc. VI [1806], n° i/13) inconsulto habilae sunt? Vix est cur memoremus gallas illas hypogaeas quas mycologi haud pauci, nee tirones omnes, fungos sinceros, ut *Tubera* immatura, imprudenter aBstimaveruj^.^Cfr. *Fung. Hypog.* nostros, p. 198, sub *Mylitta*.) Erat sane galla islius modi tuber JUNGHUIINIO obvium, moschum redolens, minciam et ultra latum, sessrsile, globosum, firmum, la^{ve}, roseum, intus carnosum crrecepta^culaque gelatin[^] repleta includens. Tj (Gfr. *Linncew* t. V, p. h 10.) Quid censere velis de *Sarcorhopalo tubriformi* RABENH. (in *Bot. Zeit.* t. IX [i85i], p. 627), ex *Aspidio carvifolio* KUNZEI, indica filice, nato? Nonne etiam, jam suspicante clar. MONTAMO (in *AnnaL Scient. natur.* ser. iv, t. VII [1857], p. 169), ad gallas sinceras meritissime amandabitur? Certam ejus naturam experiri (in *Herb. Mus. par.*) nobis licuit, proptereaque sic dictas rrsporas fr(aecidioides) rotundas vel sphaericas, simpHces, Ia3ves, rrparaphysibus immixtas et massa grumosa congregatas* (RABENH. 1. c), nil esse nisi granula amylacea et chloro-

accurate subjicit analysi, licet justam *Rhizomorphce* notitiam ipse etiam exinde trahere non valuerit. (Cfr. *Akn. Sc. nfit.* ser. 11, t. XIX [i843], p. 229.) Tuberculà etiam fructiformia de quibus disseruit ESCHWEILER in sua *Commentatione de generis Rhizomorjihsirxim fructificatione* (Elberfeldiae, a. D. MDCCCXXII edita), etsi naturam conceptaculis fungorum Hypoxyleorum sole hinem usurpasse quodammodo videntur, super fabrica interna et pulvere contento, a fructibus seu potius pseudocarpiis CANDOLIO obviis, ni fallimur, non recedunt¹.

phyllina, iodo affuso colorem saturate caerulqum ducentia, et in compage laxe cellulosa solidaque nidulantia cognovimus. De *Clavaria Lauri* BORY [ESS. sur les 'ties Forlunées, p. 303, tab. iv) quam in hortis florentinis et romanis, nee non Caserta? Italia? australis, truncis *Lauri nobilis* L. abunde haerentem vidisse (a. S. MDCCCXLV) recordamur, aptissime ioquuntur claries. MONTAGNE et DESPREALX (in WEBBII *Phytographia Canariensi*, sect. ult. [18&0], p. 77, et *AnnaUum Sc. naturalium loco supra citato*) qui earn pro excrescentia morbosa ligni (*Lauri, Myrica?*) bospitis, insectis sane laesi, uno animo habent. Item quod ad *Cronartium? gramineum* doctissimi mycologi modo laudati (in *Ann. Sc. nat. ser. 11, t. XX* [i853], p. 191-196, tab. xvii.) attinet, summopere veremur ne constet tantum ex fibris radiciformibus illis quas ad tuendum *Cecidomyce ovum* sibi commissum, *Poa hospitalis* praiter morem agit. (Cfr. PRILL.¹I accuratam commentat. in *Ann. Sc. nat. ser. 11, t. XX* [i853], p. 191-196, tab. xvii.) *Sclerotium ferrugineum* SCHULTZ et *S. fasciculatum* SCHUM. nobis prorsus ignota, ad gallas trahuntur in LEVEILLEI commentatione de *Sclerotii*. (Cfr. *Ann. Sc. nat. ser. 11, t. XX*, p. 219.)

Nemo nescit bonum TODEUM ab *Hemerobiorum* et consilium bestiolarum ovis pedicellatis olim deceptum fuisse. (Cfr. *Act. Soc. berol. amic. Hist. nat. A Ufr*[i782 J, p. 247, tab. iv, fig. 4-6] [*Ascidium ovale* TODEI; *Ascophora ovalis* ejusd. in suis *Fungis Meckl. se./asc. I*, p. 15, n. 4; *Ascoph. perennis* PERS. *Syn. Fung.* p. 685; ova vero *Hemerobii Perla?* LINN, secundum eumdem PERSOON¹JM in suis *Furia adulib.* p. 9, in nota], et p. 548, tab. iv, fig. 7-9 [*Ascidia cylindricum* TOD. seu *Ascophora cylindrica* ejusd. in *F. Meckl. I.e.*]; nee non FRIESII *Syst. Myc.* L III, p. 3i 1, et *Sum. Veg. Sc.* p. 488, not. 1.) Ejusdem TODEI *Atractobolus ubiquitarius* (*F. Meckl.* fasc. 1, p. 45, tab. vn, fig. 59), qui, ut videtur, BATSCIIIO (*Elench. Fung.* contin. I, p. 201, n. cxxix, tab. xxvi, fig. 139) *Peziza annularis* dicitur, *Cocci* species est, ex sententia FRIESII (*S. Veget. Scand.* p. 439, not. 1), ova autem cujusdam *Raphignathi*, judice BERKELBO (*Outlines of Brit. Fungology*, p. 312, in fine; cfr. etiam DuGEES

in *j^fialib. Sc. nat.* [ZOOLOG.], ser. alt. t. I [i834], p. 22 . tab. 1, fig. 1-2 [*Raphignathus ruberinus* DIG.]). *Crateromyces candidus* CORD.E (ap. SiuirtJ *Flor. Germ.* part. III, t. III [i837], p. 59, tab. xxx) et *Caulogaster chordostyloides* ejusdem (ibid. p. 61, tab. xxxi) ab insectorum ovis, FRIESIO praeterea monente (*S. Veg. Sc.* p. 487, not. 1, et p. 488, not. 1), discerni pariter nequeunt. At quis non longe magis mirabitur ova etiam cujusdam entomozoi non ita pridem pro *Sphwria (Hijpocrea) lactea* FR. evulgata fuisse? (Cfr. KLOTZSCHII *Herb. viv. Myc. edit. nov. fasc. 1* [i855], n. 39.) Fortassis hie quaerat quispiam *Sphwriane* Friesiana reapse sit dignus regni mycetoidei civis; adeat ille #ieci magistri *Observationes Mycologicas* (t. II f1818], p. 321, tab. vm, fig. 4) et *Systema Mycologicum* (t. II, p. 337, n. 29), et optamus ut descriptiones et icones utrobique praestita? ad omnia ejus dubia tollenda suppeditent.

Quemadmodum protophytorum organa propter entomozoa saepissime et multifariam deturpantur, sic etiam ob fungos entophytos. Nemo enim non incident in *Capsellam* aut *Brassicam* misere *Cystopo faxlatam*, aut in *Clematidem*, *Urticam Adoxamxe jEcidio vexatam* et *tumefactam*. Jam ab aeo Malpighiano *jEcidiu Oxyacantha** PERS. et consimilia, ob tumores quos excitant, natural scrutatorum attentionem adverterant. (Cfr. Marc. MALPIGHI *Anat. Plant.* part. ait. [1679], p. 52 et 53, tab. xxu, f. 77.) Tumores autem ex *Ustilagineis*, et pra? ca?teris, e fungillo Maydicola, mirum in modum excresculn. (Cfr. priorem nostr. de *Uredineis* dissert, in *Annal. Sc. nat. ser. in, t. VII* [i847], p. 12-126, tab. 11-v, et commentationem clar. MIQCELU de *Puccinia incarcerata* LEV. [*Ustilagine Cissi DC*] in *Diario Instituti Neerlandici* ad arm. MDCCCXLVI.) *Juniperorum rami* projecti *Podisomatata* singulariter quoquo deformantur, et modo fusiformes evadunt, modo in nodos globosos et quasi in pilas aut mala turgescunt. (Cfr. quae de *Podisomatibus* prcestitimus in *Inn. Sc. nat. ser. 111, t. XIX*, p. 200-211. et ser. iv, t. II, tab. x, f. 1.)

¹ Laudatus auctor rindubitata fructificationis organa * in quadani *Bhizomorpha subterranea* (PERS.), ramis pecu-

JJ. J|oc jamdudum multis in mentem venit quod *Rhizomorpha subcorticalis* PERS. et consimiles, non nisi atypicos vel steriles sisterent fungos. Summus HALLERUS, « ubique fide dignus,» ill. FRIESIO (*El. Fung.* t. II, p. 58) si credas, suam *Sphceriam nigerrimam, asperam, pglmatam, cprnibus planis, carnosis, pulverulentis...* (*Xylariarh Hipoxyilon* FR?), in radicem intricatam, prolixam, nigram, compressam, lignosam et reticulatam, corticem inter et ligna emortua, desinere existimat; quam radicem DODARTIUS noster (in *Act. Acad. reg. Sc. par.* ad annos MDCLXVI-MDCXCIX, t. X fi 73o], p. 567 et 558, tab. iv, fig. 3), RAILS (*Syn. meth. Plant.* [ed. in], t. I, p. 15, n. 9) et MIGHELIUS ipse (*Nova PI. Gen.* p. 1a5, n. 20 [*Agaricum nigrum, reticulatum, compressum, emortuis arboribus, inttr corticem et lignum, interdum in ipso ligno inuascens, ac late se diffundens*], tab. LXVI, fig. 3), pro planta perfecta et autonoma immerito, judice medico bernensi,

liariter anastomosantibus insignita, deprehendisse sibi videtur, nempe : ff fructificationem sessilem, subglobosam, ff bicuspitatem; perithecio duro subruguloso, demum quo-
frvis apice perforato, substantia proprie cellulosa; nucleo ffprimum compacto, floccis intermixtis, dein pulverulento,
cf passim septato. * Nucleum autem non nisi ff compactum
ffvel excavatum vidit; in hocce ultimo *Sku* pauca tantum
ffrestabant granula seu sporidia, rotunda, subhyalina,
ffmassae tenui grumoso-membranacea inhaarentia. Haec
ffmassa nonnunquam sistit septula quae ab exsiccatione
ff nuclei ortum ducere videntur. Color qui in planta pene
ffniger, in fructu dilutior est et in fuscum vergit. Flocci,
ff nucleo immaturo immixti, a circuitu peritheciis oriuntur,
ffejusdemque naturae sunt atque illi qui lanam interflam
ff totius plantaa constituunt... Dignoscitur fructus » a ramu-
lis abbreviatis spinulas vel tubercula mentientibus, ob-
ffgenuinum corticem plantae illaesum; bine nexus quidam
fforganicus plantaa cum fructu non conspicitur,» quod in
Cordyli FR. etiam obtainere perperam sane existimat doc-
tus NEESII senioris discipulus. Miratur praeterea cur *Tham-
nomycete* nucleus sphaeriaceum genuinum exhibente, pe-
rithecium sincerum contra denegetur *Rhizomorpha*, ita ut
ffne minima quidem thecarum vestigia, in hujusc fructu
reperi re Hceat. Cum igitur inde sequi videatur crquam
ffnemiosum sit form* nimis credere,, non potest quin
Pxtra reffni myctoidis fines, plantas *Rhizomorpha* confa-
miliares aut legitimate proximas qu.rat, et *AAlgas trans-
eat quas inter, ut arbitrate, *RJuzomorpha*-, fuc<s aereus
Test., (Cfr. ESCHWEILERI dissert, cit. p. 6, 8-80 et 99-3,,
fig. 1-6.)

Quod ad fructus attinet *Rhizomorpha subcorticalis* PER-
SOONII, si qui sunt, confitetur ESCHWEILER (ibid. p. 11) se
nunquam vidi nisi tubercular plurimis antea ob-
via, ffirregularia, floccis referta, passim aperta et ab ex-
ffternorum influxu grumosa; » quorum in penetralibus
ff sporidia minutissima » oculis armatis si conspiciantur,
minirne mirandum, quippe quod consimilia corpuscula
ff etiam per omnem planta? substantial^ dispersantur. r>

.Qui descriptionem *Rhizomorpha divergentis* GREVILLII
legerit, et icones ejusdem fungi turn analyticas, turn hal^
tuales, in celeb, edinensis mycologi *Flora Scotica d*ryptog-
mica* (tjjp[1825] tab. CLIV) contentas intuerivoluerit, is
procul dubio non potent quin *Rhizomorpha subcorticalis*
PERS. recordetur, simulque dubitet num fungus scoticus,
item subcorticalis (in Abity), a Persooniano reapse discre-
pet. Hie, nisi specie decipiatur, pro ffperitheciis clavatis,
fflongitudine bilinearibus, pallidis, poro terminali apertis,
ffcavis medullaque albidâ et mucosa refertis,* dantur ra-
muli recentissimi, conferti, simplices ant bifurci, et certe
steriles, quales nempe in solitis *Rhizomorpha subcorticalis*
PERS. s#mentis frequr nascuntur. Quid autem revera
fuerint tuhercula acrogena qua? in eodem fungo olim de-
prebendit DODART et delineari curavit, aegre eruendum; de
iis verba haec praestita sunt: ff Au bout de quelques-unis de
aces branches, il y avait de certains boutons gros comme
ffdes pois, n'ayant point de figure bien certaine, et assez
ffsemblables à la figure de ces excrescences moussues qui
ff viennent glantier.» (Cfr. DODART, de planta *mediastina*,
in *Actis Acad. Sc. par.* t. X [1780], p. 55y el 558, tab. iv.
f. 3.)

antea habuerint. (Cfr. HALLERI#?^. *Stirp. Helv.* t. III [1768], p. 122 et 123, n. 219/1.) Qui autem post HALLERUM, subfinem saeculi decimi octavi, de Fungis curarunt, plerique illi aegre assenserunt, imo aperte contradixerunt. E*his fu^re noster D. VILLARS, de plantis Delphinatus optime meritus¹; G. F. HOFFMANN qui in suis *Vegetabilibus Cryptogamis* (fasc. I [1787], p. 12, *swfoSphceria cornuta* LAMK.) radices ab HALLERO *Xylarie* adscriptas pro *Lichene radiciformi* WEB. (*Spicil. Fl. Ga'tting.* [1778], p. 232, n. 267), id est pro *Rhizomorpha subcorticali* vel *subterranea* PERSOONII et recentiorum, habet; nee non ill. TODE, accuratissimus fungorum oinniun observator, qui HOFFMANNIO de argument accedit. (Cfr. Friderici EHRHART *Beiträye zuf Naturkunde*, t. VI [17^], p- 177-181.)

Apid recentiores tamen Hallerian Topinio favorem obtinuit. *Sphwriam polymorpham* PERS. inter et *Rhizomorplias* magnum adesse commercium non dubitavit clariss. EHRENBERG (*de Mycetogen.* p. 170). Scripsil etiam Elias FRIES (*Elench. Fung.* t. II [1828], p. 58) se win arbore cava lucu- «lentissime, fc post HALLERUM, vidisse «*Sphceriam Hypoxylon in Rhizomorpha subcorticalem* abire².» Item nuperiori tempore clar. H. KOCH, bremensis, Theod. BAIL et W. LASCH, *Sphceriamtfljpoxylon* EHRH. *vlSuh. carpophilam* P» s. e *Rhizomorphis* genuinis ac nominatim e *Rhizomornha ytbcorticaU* PERS. ortas deprebendisse affirmarunt³.

Peculiarem *Xylariw HypQyli* FR. formam (*Sphwriam cupressiformem* PERS.) qua? in funem bypogaeum, loimissimum, atrum, corticatum et a *Rhizomorpha subtewanea* PERS. de specie non absimilem, desierat, nos ipsi iji sylvis Pictavi#^eracensis, septembri mense (a. D. MDCCCXLI) j'eperimus; funiculum autem cuiiis e vertice quasi ex radice stipes elaviwr

¹ «J'ai souvent vu, ait VilHRS me plante ramlli^e entre de bois et l'&orce des arbres mOTs, qui a éftircardée fpar plusieurs botanistes comme la racine de l'espèce de n-Ctevaire (*Clav. Hypocylon* L.) qui précède. Je n'ai rien pu déterminer à cet e'gard. ne les ayant pas trouv'e's Téunies, quoique je les aie souvent rencontres l'une et t'l'autre.5) (VILL. *Hist. des pi.* <lu Dmiphire, t. HI [1789], p. 105i, n. 12.)

² Conferas etiam locupletissimum Indicem qui totno tertio *Systematis mycologici* ejusdem auctoris accedit; ibi

(p. i5a, v" *Rhomorpha llhizomorpha subcorticalis* PERS. ad *Sphactam Hypoxylon* EHRHAHTII, equidem dubitanter, item trahitur.

³ Cfr. *Ada Societatk Georgophilorum Silesia*¹ ad ann. MDCCCLVI, p. 48-ao; RABEMIORSTII *Hetlingiam*, t. I, •- i u - i i 4 ; *Dot. Zeit.* t. XIV, p. 799-800 (nov. i85fi); nee non RABENHORSTI *Herb. viv. myc. ed. alt. t. V* (1857), n. A-39 [*Xylaria Hyporylon* LIN>.), ubi scribitur : trNB. «*Rhizomorpha subcorticalis* et *subterranea* ejusdem fungi '(*Xylaria*' *Hypo.vyliL.*) mycelium sunt.*

assuroebat, a notissima sincerae *Rhizomorphce* predictae fabfica multum discrepare experti sumus. fljus enim cortex tenuior supposito parenchymati mamis heeret et e cellulis rotundato- vel ovato-tabularibus aut ^ oboreso-polygoniis, nunquam vero angustissime linearibus ac longissimis, ut in *Rhizomorpha*, constat. Funis praeterea molef s. subsTantia intern* densissima, nivea, tota quanta jjbris teretibus, crassls, solidis (interno nempe canaliculo suboblitterato) flexuosisque componitur, et quidquam moHiter subereae potius quam stupea3 indolis obtinet. *Rhizomorphce* contra stupam internam, tenacissimam, filamenta struunt quae, sicuti Hymenomycetum mycelio mos est, exilitate adeo insigniuntur ut fda aranea quodammodo mentiantur. Ea sane causa est cur ill. CANDOLLIUS opinionem HALLERI non probabilem dixerit, iuturosque mordent mycologos ne, illius exemplo, mycelium funiforme *Sphcerice polymorphce* PERS. et affinium pro legitimis *Rhizomorphis* haberent. #(Cfr. CANDOLLI Fl. Gall. [ed. m], t. II, p. 281 et 28/1.)

HI. — Interna super structura elementisque histologicis, *Rhizomorphce* de quibus sermo hie ag#ur, *Xylostromata* veterum, id est *PolypororSfn*, *TraiMetum* et consimilium Hymenomycetum mycelia proKsus imitantur, quare ad fungos istius ordinis potiori jure trahuntur. Hoc sentire qio BELVISIUS noster primus fortassis olim evulgavit (cfr. Ann. du Mm. t. VIII fi806], p. 3^7 et 338¹), confirmant accurataa quae Roberto CASPARY debentur observationes; huic ennn *Rhizomorpham subcorticalem* PERS. in *Trametem Pini* FR. transeuntem, *Poiporosqae* warios, im© *Agaricum ostreatum* JicQumi, e *Rhizomorphis* analogis* ortum trahentes videre contio-it. (Cfr. Rot. Zeit. t. XIV [i856], p. 897-8()()²,) Nobis etiam haud

¹ Suum enim BELVISIUS *Agaricum radiciformem, nigrofuscum, coriaccum, intus album suberosmn, primo membranaceum, deinde ramosum, demum expandum, apice albidum et porosum* (Dissert, cit. p. 346, tab. LVII, %. 1), fungum nolporeum, e Rlihomorpka subcorticah LAMK. rite evoluta, currente anno S. MDCLXXX, Modoni prope Parisios, originem duxisse asseverat. *Polypon* altenus, nempe *Agaricicryptarum* BEU. (I. c fig. . et 3), ex byssso et resticulis simul nati, historia msuper ib.dem expon.tur;

quia autem hie fungus illustri VAILLANTIO jam innotuisse videbatur, apud recentiores *Polyporus Vaillantii* salutatus est. (Cfr. FRIESIIS. Myc. t. I, p. 383, nl 26.) #

² Mycelium *Polypori destructoris* FR. (S. Myc. t. I, p. 359, n. h) Elench. Fung. t. I, p. 85) seu *Boleti destructoris* SCHRADERO, unius e vulgatissimis et nocivis fungis qui apud Germanos fau3fdjt>dmüifc vernaculae audiunt, primum byssinum, in resticulas postea abit quae, notatice cl. SCHWABE, dessaviensi, habitu et structura *Rhizomorphmm*

uaica vice ^ post librum nostrum de *Fungis Hypogaeis* editum, prope Parisios occurrit eadem *Rhizomorpha subcorticalis* PERS. qua? nunc *Boletuih* (*Polyporum* recentioribus) *cuticularem* BULL. {*Hist. Fung. Gall.* t. I, p. 350, tab. 462), alnicolam, i. e. *Polyporum alneum* PERSOONIO, nunc *polyporum* *(*microj&ris* simul et *apodibus*) *populinum* FR. (iS. M. t. I, p. 367) in truncis *Populi nigri* L. pi^Jrescente genuerat¹. Atque quod hujus modi sint legitimi *Rhizomorpha?* fructus, nos doctiores facii nunc minus miramur, cum ejusdem ramuli s. funiculi in amplissimas membranas et vera *Xylostromata*, modo sub corticum velarnine, nido intra lignea nutritiaque strata, saepissime convenient aut dilatentur, cumque praeterea funes illi aut membraui' illsp corticem fuscum, praeter morem, aliquando minime infant², ac proplerea in tales abeant *Fibrillarias* quales novit ill. PERSOON (*Myc. europ.* t. I, p. 52-53), manifestissima scilicet Hymenomycetum primordia. •

IV. — At quoniam in hoc argumento plerique mycologi nobis assentiant obstat sane videbitur *Stilbum Rhizomorpharum* CESATIO (in RABENH. *Herb. Myc.* ed. princ. fasc. XX, n. 1931, et *Hedwigia*, 1.1, fasc. 10, p. 70, tab. x, f. 15 [#855]) s. *Graphium Rhizomorpharum* MNTGN. (in Am*. Sc. % afr#ser. iv, t. V, p. 343, n. 15, et t. VIII, p. 30/i) quod pro legitimo fructu[^] *Rhizomorphw fragilis* ROTH. var. *teretis* DC.³ (in trunco famnco

prorsus asmulantur. (Cfr. *Linnwm* t. XIV [i840], p. 197.) *Rhizomorphw* etiam a?quiparatur mycelium *Agarici platy-
ifalK*, Persooniani typi, min terr* et truncis late repen*
net oinni temporefonspicuum.') (C&F&R|ESU Eclogas Fun-
^ . f i8Linnij t. V : 50 , , p 10 m) j 10 ^ -
net eujusdam (imo, utvidetur, ejusdem *Agarici platyphillij* E
docente nunc *Micr. Syst. Mycologij*, 15, 15 cum indebenda
et, l. F. F. & ES. o'judice (in *Linn.* ft. p500) *Rhizomorph*
est, cl. F. & ES. o'judice (in *Linn.* ft. p500) *Rhizomorph*

p... 8 , n. , 3 , tab. , . % . 7) qu^u exte^u facie rhi.oma
[^] • ^r W .. R; C, admodum mentii stimatu, M,
^{zo} ^z C ^{..CHA} dic etiam T'i'T'n^{8 *}
vail , 7 T " . I etiam Ti'T'n^{8 *}
' aïde polymSrphum, ejusdem *Agana platyphyllU* PER,
(Ur. 1<R 6. Veg. Sc. p. /ijS/i, nota 3.)

Nos ne his verbis *P&lyporos* duos typice diversos ex
I S T ^{“”}? Onrl PoSse pr0,,UntlemUS, al>Slt; flW m entiu
m autem d e qua agUur mycelii speciem fungis va-

rjjicomunem referre, quemadmodum *Sclcrotium consifilia* omnino pra-stat primordia typis fructu dissimillimis.

^s Hoc testantur specimina passim laic membraciæ el
albicantia nua; sub ^{III} ^l ^{tentis} omine d
S O W I : l. ^{Fung} : , ; ^{v.} ^{ig.}) at
brantua. Erraret profecto omni npmi ["], "nas rmzoi
p h pheasidibidum sum color ST^T r
ente th - 1 ^{v.} ^{e aena} ^m o... T
nim tantum definit particula

nullis membranis rhizomorphei insp L, nil eerli competimus.

³ Hanr P/%% / r . r . . - i. i.
- resticuli . tubuli illi rigidi. quasi ex corio faci.
oni . crusta dura et ^ ^ ^ ^ t ^ , ^ , (sub

cavo vio-entis) habuit clar. G. OTTH, bernensis (Cfr. *die Mittheil. d. hern, naturforsch. Gesellsch.* n. 365 [ad m. martium a. D. MDCCCLVI], cum icono). Nisi enim hoc sic dictum *Graphium* in *Rhizomorpha* parasitari, cum nobili viro SCHLEHTENDALIO¹, ill. MONTANIO et clariss. DUBY² arbitris, idem eestimare peculiarem, secundarium sciHfeet, aut Pyrenomyces aut polyporei fungi fructum, profit HALLERI, CANDOLII et BALII, vel contra BELVISII, LINKII³, CASPARII aliorumque opinionem sequeris, necesse habes. Atqui cum *Graphii* v. *Stilbi* de quo agitur, in *Rhizomorpha subcorticali* PERS. (*teretis* CANDOLIO, *scandentis* REBENT.)⁴ nati, nobisque in sylvis Carthusi* Gratianopolitanaa mense septembri a. D. MDCCCLVII abunde obvii, structuram omnem attentissimis bculis perscrutati fuejimus, extra dubium nobis positum visum est, clar. OTTH, h^uvetium inventorem, de illius natura non erravisse. Corticulae et axis stupei fabrica adeo cum tota *Rhizomorphce* structura congruit, ut *Graphii* stipites sparsi pro tot istius ramusculis haberí velint, vitaque eorumdem parasitica aegre probabilis censeatur.

Graphiorum fabricam et fecunditatem quodammodo semulantur organa conidiophora in *Agarici\$nonnulis* clar. HoffMSraicPobvia. (Cfr. *Rot. Zeit.* t. XIV [1856], p. 137 et 153, tab. v.) Attamen monendum est *Stilba* carnosa plurima, quamquam de structura *Graphii* simillima, ad Pyrenomyctes, *Nectrias* scilicet aut affines, certissime spectare. (Cfr. *Ann. Sc. nat.* ser. iv, t. V, p. 115 et 116⁵.) Cum sic dicto *Graphio Rhizomor-*

S keria) interdum, semper autem parcissime oriuntur; tales vidimus in fagetis Fontisbellauei, februario mense anni proxime elapsi MDCCCLX, ex thallo *Sphwrim* praedictaj⁶ lignu.ii fagineum cariosum late obducente, hinc natas vel emersas, illinc autem in eumdem abeuntes. ann.

* Cfr. *Bol. Zeit.* t. XVII [1859], p. 76.

« Cfr. *Biblioth. univ. Genev. (Archives des Sciences physiques et naturelles)*, ser. nova, t. II, p. ^0 (m. Julio a. D.

MDCCLXIII).

foliorum paginam rete exili praesertim velat, variaque corpuscula in aere volitantia excipit; summopere relaxatur in pagina postica, nee nisi praesentibus fruetibus ibi saepissime denuntiatur. CONIDIA paucissima utpluriflum edit, pyenidum contra et conceptaculorum ascigerorum ferox est. Horumce fructuum genus utrumque in eadem byssō insidet, eodemque tempore reperiundum est; pycnides tamen, pro usitata consuetudine, fructus thecaphoros praecedunt, ac forma et magnitudine maxime variant. Praecociores innumerae formam obovatam, lageniformem, elongatam v. sublanceolatam obtinent et pleraeque columella brevi v. protractioni nituntur; sunt quae $0^{mm},08$ longitudine sequant, diametro transverso quadruplo breviore; aliae contra longitudine duplo minores, crassitudine praestant. Generantur tandem pycnides globosae, prioribus vix pauciores, sessiles, diametroque $0^{mm},05-i3$ metentes; aliae nuda³ et glaberrimae consistunt; aliae, praeter villos breviores parce sibi inspersos, appendiculis filiformibus paucis, laxis aut densius insertis, abbreviatis v. protractioribus ($0^{mm},n-i5$ longis), patentissimis, albis, continuis, exilibus, apiceque dilatato compressis et circinatis, in aequat^{re} quasi cingulo stellari mire ornantur. Quo#unque modo se habeant self effingantur, omnes ex albido luteolae fiunt maturaerque infuscantur et pleraeque spisse nigrescunt; stylosporis inlarciuntur elliptico-oblongis v. subcylindricis, $0^{mm},0065-00q5$ longis, $0^{mm},0035$ circiter latis, utrinque obtusissimis, dilute fuscis mucoque copioso et achroo(e suffuleris solutis?) immersis. CONCEPTACULA ascophgra de forma, crassitudine et colore, appendicularumque situ, numero et figura, pycnides perfections adeo imitantur ut ab eis nisi futura distingui queant; eis singulis thecae insunt 8-12, obovato-ellipsoideae, brevissime deorsum attenuatae, $0^{mra},05$ circiter longae et $0^{mm},025$ crasse, quae sporas 4-6, ellipticas, hinc $0^{mm},0i3$, illinc $0^{mm},0i$ aequantes sigillatim fovent.

P^Aasitatur in *Pruno spinosa* LINN. dumetorum, aestate autumnalique tempore; lepimus infrequentem in agro versaliensi (*Chaville, Virojlay*).

Mycelii filamenta septis raro dividuntur nee $0^{mm},0035$ diametro saepius excedunt. Gconceptacula asceriga, alia sursum convexa, alia quadamtenus concava, pyenidum quarumdam instar, setis s. appendiculis abbreviatis in hemisphaerio superno (praeter z[#]nam medium) quandoque ornantur. Zonula h_{acc}, ex uno solo appendicularum ordine, longe laxior est quam apud *Uncidam aduncam* LEV. (*Salicis cavrew*) modo descriptam. Iodo soluto madefactae, appendiculae dilute caeruleae fiunt aut colorem violaceum sparsim induunt.

5. ERYSIPHE BIVONE.

ERYSIPUE CLANDESTINA Biv. BERN. *Stirprar. Sicilm.*, manip. III, p. 20, tab. ij^f. k. Non *FRIE* o., c^{ris}.
ERYSIBE ADUNCA, wuv. 3, *ULMORUM*, LK. Sp. *Plant. Linn.* t. VI, p. na.—RABENH.//crft. Af_{yc}. (ed/alt.rn.^GG.
ALPHITOMORPHA ADUNCA (5 *ULMORUM* WALLR. *Fl. crypt. Germaniæ*, p. posteriori (1833), p. 755, n. 365A.
UXCINULA BIVONJS LEV. in *Ann. Sc. nat. ser. m*, t. XV (1851), p. i5i, tab. VII, *fur. jx*.

PRUCEDBNIS instar, cui summopere proxima accedit, pulvere subtili hospitis folia con-

spergere videtur, quorum pagina antica, araneo spissiore admissa, sparsim v. tota albescit; fila autem vaga, oculo vel armalo vix discernenda, in postica facie ssepius replant. CONIDIA e stratis m[^]fcelii densioribus potissimum prouniunt; fructus vero asco-phori non modo ex araneo continuo et conspicuo, sed etiam e rete laxiore, tempore suo copiosissimi nascuntur. Isti quidem ita quandoque abundant ut iis folia velata dicerentur; maturi globosi sunt, nigrefacti, convexi v. centro collapsi, o^{mm},08-09[^] diametro aequant, zonaque submedia e fibris s. appendiculis ao-sS, candidis, fiberfs, discretis, exilibus, continuis, apice dilatato-compressis, levibus et circinatis, de caetero autem minute verruculosis, cinguntur, ornantur. Hujus zonulae radii o^{mm},08-i longi, semper patent, nunc autem modice assurgunt, nunc contra deflectendo fructum supra matricem efferre videntur; iodo madefacti in apice orbiculato statim saturate caerulescunt, colorem multo dilutiorem virga ipsa ducente. THECAE U obovato-globosae, obtusissime vixque mucronulatae, basi in unguem brevissimum obtusumque abrupte productae, o^{mm},038-048 longae, o^{mm},035 latae, e membrana crassa superne tenuata factae, in singulis fructibus vulgo generantur, singulaeque sporas 2-4 fovent. SPOLE ellipticae hinc o^{mm},02 2-O2g, illinc o^{mm},013-016 metiuntur, oleoque s. plasmate denso ^ro aatace referciuntur. De pycnidibus nil didicimus.

Hospitatur in foliis *Ulmi campestris* LINN/EI, aestate et autumno, nobisque in dumetis agri versaliensis praesertim obvia est.

Appendiculae sub apice circinato nonnunquam in anconem rectum flectuntur, dimiclamque dichotomiam fingunt; apex ipse latior est quam apud praecedentes *Uncinulas*, nuncque sursum, nunc deorum spectat.

** *Appendicitis iteralis vicibus et multijariam dichotomis.*

a. *Appendiculis apicis in modum terminalibus* (Podosphaerae KUNZEI et LEV.).

6. ERYSIPHE TRIDACTYLA.

ALPHITOMORPHA TRIDACTYLA WALLR. *Fl. crypt. Germanice*, t. U(1833), p. 753, n. 3650.

ERYSIBE TRIDACTYLA DESMAZ. in *Ann. Sc. nat. ser. in*, t. III (1845), p. 36i. — RABENH. *Herb. Myc. ed. allera*, fasc. V (1857), n. /475.

PODOSPHXRA KUNZEI (B) LEV. in *Ann. Sc. nat. ser. in*, t. XV (1851), p. 135, tab. vi, fig. 6.

MYOELII filamenta lenuissima, pauca, interdum vix conspacia, in utraque fo*lii* matricis pagina serpunt. Ex his, cum solita conidiorum monilia parce su[^]exerunt, hinc et inde sparsa oriuntur concepiacula spheerica, ex albo luteola demumque fusco-atra, o^{mm},i diametro non excedentia, sessilia, cirroque s. fasciculo rigide erecto, ex appendiculis 3-7, filiformibus, rigidis, contigue*H*sertis, rectis, saepissime inaequalibus, majoribus o^{mm},4 aequantibus, basi fucatis et disseptis (septis paucis. remotis et quandoque

inconspicuis), ultra autem albis ettenuioribus, aliis simplicibus, aliis quae numerosiores in apice ter quaterve dichotomis, divisuris'divaricatis s. oppositis brevibusque, ultimis obtusissimis et quasi ciicinatis, in summo vertice corori&ta, ceeterum glabra et ex utriculis polygoniis crassisque in parietibus facta. SPORANGIA in singulis conceptaculis solitaria, globosa, su^sphaerica, basi vix ac ne vix et obtusissime unguiculata, atque vulg~~et~~ o^{mm},o8 circiter lata, e membrana solito tenuiore nee sursum versus manifeste attenuata fabricantur, sporasque 8 ellipticas, rectas, o^{mm},o2 longas, et de more laeves sigillatim fovent. Prater conceptacula ascophora, alia etiam occurunt multo rariora, pyenides salutanda, quae appendiculis saepius defici, dilutiusque infuscari videntur; in hisce stylosporae ovatas, rectae, perexiguae, o^{mm},oo35-oo4 etenim longae et o^{mm},oo95 latae, copiosae generantur quae in cirrum agglutinate per ostiolum o^{mm},oi circiter latum debito tempore ejiciuntur.

Vigentem multoties legimus, durante aestate etiamque autumnal tempore, in foliis *Pruni* *tpinosce* LINN, (in primis sylvicolaB, obumbratae), quae conceptaculis tardis, immaturis, adhuc onusta exeunte novembri humi delapsa jaccnt.

Rigidulum appendicularum fasciculum e fructus vertice assurgere facilime constanterque habuimus compertum, nee eurndem retroilexum s. basifixum, contra cl. LEVEILLEI opinionem, un(j)uam vidimus; quapropter iconem auctoris hujus supra citatam haud fidam aestimamus. *Erysiphe myrtillince* FR. (*Podosphaerace myrtillince* KZE. Myc. Hefte, t. II, p. i d , tab. n, f. 8; *Pod. Kunzei* [A] LEV.) Kfulcra radicantia, "horizontalia, folio adfixa. . . r> (cfr. FRIESIUM, S. M. t. III, p. 2^7), item nostra summopere leptima dubia lfiovent.

EXPLICATIO ICONUM.

(Tab. IV, fig. 11-13.)

11. Conceptacula tria *Erysiphe tridactyla* WALLR. (sub *Alphitomorpha*) prunicolse, mycelio eiusdem imposita, et appendicibus ornata. Appendices simplices nascuntur, postea autem in dichotomias discedunt. Monilia conidiophora ex iisdem capillamentis replantibus simul proveniunt (25o/i).

12. Tlieca octospora seorsim spectata (38o/i).

13. Speciae liberae, nondum maturae (38o/i).

Medio auguslo, a. S. MDCCCLIII, icones ista) e speciminibus vivis Cavillaa, prope Versalias ad umbra t> sunt.

7. ERYSIPHE OXYACANTHÆ.

ERYSTPHE OXYACANTHÆ DC. ty Fr. t. VI, p. 106. — DUB. Bot. Gall. L II, p. 868.

Ein^E CLANDESTINA LK. Sp. PI. Linn. t. VI, part. 1, p. io3.

*EnYsip*i*E CLANDESTINA* FR. S. Myc. t. III, p. 238. — Non BIVON.«.

ALPHITOMORPHA CLANDESTINA WALLR. Fl. crypt. Germ. t. II, p. 75/1, n. 36 ^

PODOSPHMRA CLANDESTINA LEV. Monogr. Enjs. in Ann. Sc. nat. ser. in, t. XV (1851), p. 136, (k. vi, r. z.

BYSSUS fungilli, monilibus gonimicis onustd|%emmis *Oxijacanthæ* vix explicatis jam a prinio vere, scilicet ineunte aprilii, apud nos innascitur, et simul atque in rarnos aegre

elongantur, easdem totas investit; utramque foliorum paginam ac praesertim anticam longe lateque maculat, farina alba conspergit, foedat. Pestis haec per to tarn oestatein frutici hospiti, et junioribus praesertim stirpibus, tenax haeret nee illi modicum adferl detrimentum. Conceptacula ascigera multis in locis, varias ut videtur ob causas, aut plane deficiunt aut rara offenduntur. /Estate et autumno, mycelio vix imminuto, proveniunt; sphaerica sunt, $0^{mm},08-10$ diametro circiter aequant, adulta nigrescunt, filisque s. appendiculis 8 et pluribus quidem, inaequalibus, majoribus autem ad summum $0^{mm},15$ longis, pauciseptatis, apice bis, ter i[uaterve dichotomis (divisuris brevissimis. patentissimis et quasi conglobatis, ultimis circinatis), cunctisqire rigide assurgentibus et infra medium nigrantibus, coronantur. THECA unicaellipsoideo-globosa, obtusissima, octospora, in singulis fructibus plane sessilis latet. SPOLE ellipticae, nonnihil incurvatae (subreniformes), $0^{mm},016-019$ longitudine et $0^{mm},013$ latitudine utplurimum me- tiuntur, ideoque conidiis paulo minores consistunt. PYCNJDES, ni fallit memoria, nunquam reperimus.

Haud infrequens est circa Parisios et Versalias in *Cratcego Oxijacanlka* L. cujus plantariis praecipue nocet. Viget etiam in *Mespilo germanica* LINNJSI, monente cl. LEVEILLEO.

Summae appendiculae, natura achroas, pro aataate in iodo soluto aut flavescent aut colorem dilute caeruleo-violaceum induunt.

EXPLICATIO. ICONIS.

(Tab. IV, fig. 10.)

10. Conceptacua tria setate varia, mycelio fibrilloso, *Oxyacanthoe* infesto, simul hserent; natu minimum appendicibus destitutum vides qua? contra in altero adhuc simplices, in tertio autem adulto pleraaque iterum iterumque dichotomaB conspicuntur (250/i).

Septembri ineunte, a. D. MDCCCLIII, Gavillae ex fungis vivis deliaeata sunt.

b. *Appendiculis in medio conceptacubrum ambitu insertis, zonamque finrjenUbus*

(Calocladiae s. Microspherae LEV.).

8. ERYSIPHE ALNI.

EBYSIPIIE ALNI DC. Fl. Fr. t. VI, p. 10&; et in Encyclopedia methodica, t. VIII, p. 319.

*ERYSIBE PEUICILLATA, var. i*ALNI LINKIO, Sp. PL Linncei, t. VI, parte i, p. 113.*

ERYSIPHE PEMCILLATA a ALNI DUB. Bot. Gall. t. II, p. 871.

ALPHITOMORPHA PENicILLum OL ALNI WALLR. FL crypt. Germanic, parte posteriore, p. 754, n. 3653.*

CALOCLADIA S. MICROSPHJERA PENICILLATA LEV. in Ann. Sc. nat. ser. III, t. XV (1801), p. 155. tab. vii. fig. 21.

ARANEI v. hyphasmatis fungini filamentt subtilissima utrique ftlii nutricis paging arc-tissime haerent et vix conspicua (oculo saltern inermi) licet copiosissima serpunt. CONIDIA ,

si qua ex iis secundum morem oriuntur, videre non licuit; perithecia e contrario durante autumno abunde sparsa nascuntur. Gum adoleverint, fructus hi colore atro inficiuntur, in superficie rugulosi apparent, nitent, formam superne convexam, rarius concaviusculam, postice contra depresso-umbilicatam obtinent, fila albida ex imis lateribus exserunt quibus in suffulcro obfirmantur, preetereaque zona s. corona decrantur ex appendiculis 8-12-1 5, aequatorem vulgo signantibus, achrois, basi autem quandoque infuscatis, rigide primum patentissimis, tandem arcuato-demissis apiceque elegantissime et iterato (vicibus 5-7) diihotomis, divisuris omnibus brevissimis, frequenter non praecise adversis, in phalanges 2 aut subquadratas aut elongato-subtriangularis digestis, sinubusque obtusissimis ab invicem discretis, ultimis uncinatis rectisve. Super crassitudine tales fructus inter minores *Erysipharum* accensendi sunt; diametro enim o^{mm}, i raro excedunt; quam mensuram appendiculae longitudine saepius vix superant, imo eadem breviores frequenter deprehenduntur. THECAS 3-5 singula peridia fovent globoso-ellipsoideas, obtusissirnas, basi brevissime sed conspicue unguiculatas, o^{mm}, o^{57} circiter longas, o^{mm}, o^{35} latas, et singulatim octosporas. SPOR^A SUO IN asco conglobatae, ellipticae, o^{mm}, o^{2} hinc, illinc autem o^{mm}, o^{1} vulgo metiuntur.

Viget in foliis *Alni giutinosce* CERTNERI, autumnali tempore, nee in agio versaliensi, sicuti comperimus, infrequens est.

m

Appendiculae anguste fistulosae, rariusque remote i-2-septatse, cellulis prominulis insident, nee colorem caeruleum iodo madefactae ducunt; ramuli spectabiles in quos discedunt quasi in eadem superficie, prater assuetam legem, omnes ut plurimum porrecti videntur. Sporas nondum maturas tantum vidimus; hieme enim, ut opinamur, in foliis humi delapsis solummodo perficiuntur.

EXPLICATIO ICONUM.

(Tab. II, % . 5-7.)

5. Conceptacula duo matura mycelio laxissimo repente, in folio materno haerent (200/1).
6. Appendix seorsim et a fronte spectata (380/i).
7. Eadem a tergo visa (380/1).

9. ERYSIPUE BERBERIDIS.

ERYSIPHE BERRERIDIS CANDOLLIO, *Flore Française*, t. II, p. 275.

ERYMBE PENICILLATA, var. 3, *BERRERIDIS* LINKIO, *Sp. PL Linn.* t. VI, part.^A, p. n⁴.

ALPimoMORPhA PENICILLATA y *BERBERIDIS* WALLR. *FL crypt. Germ.* t. II, p. 75^A n³(53)

CALOCLADIA S. *MICROSPHMRA BERBERIDIS* LEV. in *Ann. Sc. nat. ser. m.* t. XV A 5 i) p. 15Q tab. x, f. g. 3⁸.

MATRICIS folia pannulum tenuiter gossypinum, albidum, late longeque expansum, superne, propter parasitum, induunt, posticis contra araneo multo laxiori, licet etiam maculante, sparsim velantur. Solita conidiorum monilia, prsecociores fungilli prepa-

gines, simul et pycnides copiosae, oblongae, lanceolatae, turbinatae, globosae v. admodum sphaericae, e byssō promiscue assurgunt; gongyli catenati formam ellipticam notarn, stylosporae autem assuetam exiguitatem, figuram, disseminationisque rationem ostendunt. FRUCTUS thecaphori, plantula aetate provectiori, inter priores propages commisti nee pauciores nascuntur; ab initio globosi et sessiles sunt, puncto scilicet medio postici parietis mycelio haerent, proptereaque in eadem basi mox umbilicata conspicue (oculo armato) albescunt. Adulti nitent, atri facti sunt, superne convexi et subtus nonnihil depresso, 0^{mm} , i diametro vix aequant, appendiculisque s. filis 1 2-15 rigidulis, exilibus, continuis, ex toto candidis, $0^{\text{m}}\text{n}\backslash i\text{-}i3$ longis, patulis, erectis, in orbem insertis, apiceque quadruplici v. quintuplici vice dichotomis, ramulis omnibus rectis. infernis patentissimis, supremis modice divaricatis et interdum inaequalibus, in aequatore ornantur. THECTE 8-10 obovato-ellipsoideae, obtusissimae nee rruicronatae, basi breviter unguiculatae, pleraeque propter situm hinc rectae, illinc curvulte; 0^{TM}m , $045\text{-}055$ longae, 0^{mm} , $02\text{-}03$ latae, in singulis conceptaculis ex imo loculo fasciculatim^{assurgunt}, nullo paraphysarum genere admisso, interposito. SPOR[^]: 4-6, rarissime plures, ellipticae, singulos ascos implent.

Hospitatur in foliis et ramis hornis *Berberidis vulgaris* L. locaque umbrosa praediligere videtur. [^]Estate et autumno prope Versalias haudj^{frequentem} in^{sepibus} vidimus.

Appendiculse, iodo soluto madefactae, vix colorantur^B arum e contrario membrana crassa (nee in vertice manifeste tenuata) dilute caerulescit.

EXPLICATIO ICONUM.

(Tab. V, fig. i^a et i^b.)

I^a. Pycnis spheerica, appendiculata et cirrum eructans, conceptaculum ascophorurnr maturum, fucatum et ornatisimum, alterum junius cuius appendices partitionem nondum passee sunt, pycnides minores antepositae, simul et baculi conidiophori, in eodem mycelio, folio *Berberidis* haerente, exhibentur, quae octobri medio, a. S. MDCCCLIII, prope Versalias laete vigebant (s50/i).

I^b. Thecae duae tetrasporee, vix maturae, ejusdem *Erysiphes Berberidis* DC. seorsim delineatae (380/i).

10. ERYSIPHE LoNIGERyE.

EUYSIPHE LoNicBKJB DC. Fl. Fr. t. VI, p. 107. —DUB. Bot. Gall. t. II, p. 871 (sub t. DIVAMCATA (3).

ERYSIBE DIVAMCATA, var. 2, **LOMCERJE LK. Sp. PL Linn. t. VI, part. 1, p. 113.**

J[^]

ALPHITOMORPIA PENICILLATA & CAPRIFOLIACEARUM WALLR. Fl. crypt. Germ. t. II, p. 78h, n. 3 6 5 3 ^

CALOCLADIA S. MICROSPUMA DUBYI LEV. in Ann. Sc. nat. ser. HI, t. XV (i85i), p. i58, tab. ^; fig. 26.

ERYSIBE PEN WILL ATA+LK. (3 CAPRIFOLIACEARUM RABENH. Herb. Myc. (ed. alt.), fasc. V (1857), n. t>j3.

BYSSUS Candida, fungilli primordia, modo tela dense contexta folii matricis epid^r-midem hinc et illinc vestit, modo e filis rariss, aracimoideis, aegre conspiciendis, con-

stat. Si dehsatam offenderis, simul etiam conidiis in monilia erecta de more sociatis sparsim et parce onustam videbis; relaxata e contrario s. depauperata gemmis istius generis omnino carere solet; at quocunque modo se habeat, fructibus ascigeris saepius dives est. CONCEPTACULA haec globosa, matura nigrefacta, nitida, glabra, corona laxa ac patula appendicularum (10-12) sub aequatore ornantur, qua^B o^{mm}, i6 circiter longae, exiles, basi candidae, septisque vulgo destitutae, apice ter quaterve in ramulos oppositos dichotomē discedunt, divisuris extremis patentissimis, saepe inaequalibus, uncinatis rectisve. Singulis fructibus insunt thecae paucae (4-5), obovato-globosae, o^{mn}\o48-o57 sirciter longae, o^{mm}, b35 latae, in unguem s. pediculum brevissimum obtusumque basi productae, e membrana crassa factae, singulaeque vulgo tetrasporae, sporis ellipticis o^{mm}, o2 2 5 longis, diametro autem transverso o^{mm}, o13 metentibus. PYCNIDES assuetse structurae et foecunditatis observantur, rarissime autem occurunt.

Crescit in utraque pagina foliorum *Lonicera Caprifolii* et *Peryclimeni* LINNBO , nee non *Xylostei vulgans* RICH, prope Parisios, testate et autumno. Legimus pluries in sylvis ad Modonurn, et in hortis suburbanis agri versaliensis.

Appendiculae, iodum solutum si affluderis, colore dilute caeruleo confestim inficiuntur.

EXPLICATIO ICONIS.

(Tab^b.II, fig. &c.)

1. *Erysiphe Lonicera* DC. conceptacula duo appendiculata, tertiumque minimum, recens natum, mycelio conidifero simul imponuntur (25o/i). Ineunte septembri (a. D. MDCCCLIII) vigebant.

11. ERYSIPHE ASTRAGALI.

Mycob EHYSIPIIE (in *Astragalo*) LINN. Fl. Suec. ed. alt. (1755), p. /i6>2, n. 1292.

ERYSIPHE ASTRAGALI DC. Fl. Fr. t. VI, p. 105.

ALPHITOMORPHA HOLOSERICEA WALLR. in Actis berol. supra citatis, t. I. p. k.

ERYSIBE HOLOSERICEA LK. Sp. PL Linn. t. VI, part. 1, p. 115. — *RABENH. Herb. Mijc.* (ed. alt) n. /I6Q.

ERYSIPHE HOLOSERICEA KR. Syst. Myc. t. III, p. a40.

ALPHITOMORPHA SERICEA WALLR. FL crypt. Germ. p. post. p. 757, n. 3660.

CALOCLADIA S. *MICROSPHMRA HOLOSERICEA* LEV. in Ann. Sc. nat. ser. HI, t. XV (1851), p. i5₀, tab. 1[/], fo. 27.

TELA mycelii primitus tenuissima et quasi araneosa senescendo densatur et oculo armato g(gppina tandem videtur; universa3 matricis epidermidem spirantern s. virentem s^apius Me longeque investit, maculat, nee minor illi pestisst quam ceeterse congeneres suis hospitibus. E fungillo recenti de more nascuntur conidia plurima, elliptic^{*}ica v. oblonga, crassa (o^{mm}, o3₂-o38 longa, o»^m, o13-o19 iataj^{plasmate} subachroō e^t gu/tulis farta[^] quae primum in series sociata, ab invicem deinceps solvuntur liberaque in fila s. germina praelonga, dato loco et lempore, ex alterutro polo procedunl. Talia

vidimus novi mycelii primordia conidiis matribus jam sextuplo longiora, sumplicia tamen nondumque septis partita. Postquam monilia ex conidiis pleraque perierunt. evanuerunt, conceptacula generantur (singula vulgo in filo unico) globosa, sessilia, ex albo lutea, fulva s. badia, demumque nigrentia. Qua? o^{mm},05-06 diametro nondum excesserunt nuda sunt; crassiora autem facta, eadem appendices v. setas 10^2, simplices et tandem paelongas (millimetrum quidem superantes), e medio circiter latere s. aequatore circum circa singillatim exserunt. Indolem sericeam, licet rigidulam, colorumque dilute fulvellum hoc appendiculae senescendo assumunt, pilos referunt cylindricos, leves, angustissime fistulosos, continuos aut septis perraris instructos, rigide dii assurgunt demumque fasciculatim matrici saepius incumbunt; inde fit ut conceptacula matura congregata tegmine sericeo simul velentur, plurimaeque liospiti pellis peregrina sparsim inducatur. FRUCTUS maturi o^{mm},13 circiter crassi, ascos 8-10 obovatos, obtuse mucronulatos, in unguiculum brevissimum productos, o^{mm},05,065 longos, o^{mm},035 latos, e membrana crassa sursum versus tenuata facios, vulgoque A-6-sporos singuli fovent. SPORE ellipsoideee levesque o^{mm},02 2-02 5 in longitudinem et o^{nim},013 in latitudinem plereque adipiscitur. PYCNIDES paucas vidimus conceptaculis ascigeris crassioribus mixtas, saepius exappendiculatas, copiaque stylosporarum solita farctas, stylosporis forma et crassitudine a caeteris *Erysiphorum* haud dissimilibus.

Viget in caulibus et utraque pagina Joliorum *mFagali glycyphytti* L. nee prope Parisijs infrequens occurrit, aestate et autumno.

Mycelii filamenta reptantia a o^{mm},0035 ad oⁿⁱⁿ\008 diametro variant, fila autem conidifera paulo crassiora (nempe o^{nim},01 1-015 lata) assurgunt. Fructuum superficies ob cellulas protuberantes non-nihil rugulosa evadit. Setas s. appendices semper vidimus apice simplicissimas, LEVILLEUS contra hifidas; iodo adhibito dilutissime et vi^{conspicue} cacrulescunt. Talia se habent haec capillamenta^t a³gre credos munia eadem illis et similibus ^{sse} credita quae rigidis appendiculis aliarum *Erysiphorum*, v. gr. *Erys. guttata* FR. (sup. p. 19^A), explcri aestimantur; minus saltern favent opinioni BIVONIE BERNARDI de ministeriis appendicularum quas cum ille videret definito tempore deorsum conversas et vivae matrici extremitatibus innixas, quasi peridium a tomento natali revellere et in altum evehere tendent, ***hypomochlia propleura dixerat.*** (Cfr. ejus *Stirp. rario*. v. min. cogn. in Sicilia sponte provenientcs. manip. Ill [1815], p. i₉, in nola.)

EXPLICATIO ICONIS.

(Tab. V, fig. a.)

2. Pycnis sphaerica et sessilis *Erysipes Astragali (glycyphytti)* DC. perfect^R (augusto ineunte) stylosporas eructat; conceplacula duo thecigera, moniliaque tria conidiophora ex iisdem fibris byssinis una insuper oriuntur. Gavillae prope Versalias, anno S. MDCCCLIII, haec omnia delineata sunt (a₅^Aj).

2. *Appendiculis subsimplicibus, inordinate spar sis vel omnibus ex inferna peridii pagina natis.*

* *Ascis subsolilaris* (Sphaerothecae LEV.).

12. ERYSIPHE PAMOSA.

* Fungus mere conidiophorus :

OIDIVM LEUCOCONIUM MAZERIO, in suis *Plantis crypt. Galli*, edit, principis fasc. VII (1828), n. 303, et in *Annalib. Sc. naturalium*, ser. 1, t. XVII (#829), p. 98-105, tab. vi, fig. A.
Blanc du rosier et Blanc du pêcker hortulanis noStratibus.

** Fungus ascophorus :

ALPHITOMORPHA PANNOSA WALLROTII, in Commentariis berolinensibus supra citatis, 1.1, p. 43, et in sua *Flora cryptogamica Germanica*, t. II, p. 760, n. 3668.
ERYSIBE PANNOSA LK. Sp. *PL Linn.* t. VI, parte 1, p. 104. — *RABENII. Herb. Mycol.* (ed. alt.), n. 45Q.
EUROTIUM ROSARUM GREV. *Scot. crypt. Fl.* t. III (1825), tab. i64, fig. infer, et t. VI, in Indicis pag. 64.
ERYSIPHE PANNOSA FRIES*, S. *MJC.* t. III, p. 236.
SPIUEROTIIIECA PANNOSA LEV. in *Ann. Sc. nat. ser. HI*, t. XV, p. i38, tab. vi, fig. 8.

OENSUM candidumque fungilli mf(pum innajciturn utrique foliorum papinae, turn cortici ramorum virenti frysibusque recentibus, matricem cui peculiariter hferet sugit et frequenter deformat. Constat primitus nonnisi ex Olamentis solitis, frap-ilibus' varie intertextis, innumeraque porrigit monilia, stipiti brevi innixa, quorum artculi 8-10 a summo, ut mos est, prout maturescunt ab invicem solvuntur caduntque. CONIUU haec»formam breviter ellipticam et initio quasi utririque truncatam* obtinēnt, o^{mm},o2-o3 in longitudinem, et o^{mm},oi3-oi6 in latitudinem asquunt, germinaque filiformia, loco et tempore faventibus, e quolibet latere agunt. Monilia autem reperias quorum utriculus inferior praeter morem increscit, fucatur, et in conceptaculum ovatum, oblongum v. globosum, subsessile aut stipitatum, membranaque cellulosa definitum' p^cnidem nempe, pedetentim vertitur. Duo etiam contigui utriculi quandoque simili modo commutantur, inde conceptaculum oritur dimerum seu medio constrictum. Siint et fructus istius modi qui longa conidiorum serie, fertili vel deformi et obsoleta, oore- nantur; alii contra qui iisdem prorsus destituuntur. Quanrnnfpr ot'nTM i • • i - , , , 1 = • , "rtpopier etiam plurimas videre est pycg^es admodum sessiles, sjmaancas nudasque, a peritheciis, nisi fere colore dilutiore, extus minMie dissimiles. Quamcunque pra3stent formam, iis omnibus vulgo copiosissimis, insunt stylosporae cylindrica v. oblongoe, curvulaB, utrinque obtusissimaa, o^{mm},006-008 longae, vixque o^{mm},oo35 latores an* in n',*TM* 1 .. T⁵ , ^ ! .. 4^{use} »n cirros mucosos agglutinate vomuntur. Libene, data opportunitate, augentur, 2 - 3 - m er { e, septorum causa, veniunt filaque prcelonga et ramifera, myceli novi primordia, edunt. GONCEFTAODLA ascophora

s. perithecia pycnides jamdiu natas tandem sequuntur; matura sphaerica sunt et atra, 0^{mm} , i diametro circiter metiuntur, fibris raris, fuscis, vulgo brevissimis, simplicibus, inaequalibus, ac ut plurimum vix conspicuis in inferno pariete sparsim ornantur, singulaque thecam unicum aut rarius duas fovent. THECA haec ovato-globos[^] et utrinque obtuse mucronata, ex membrana crassa, in summo vertice manifeste tenuata fingitur, sporasque 8 ellipticas, rectas, 0^{mm} , o2 2-o2 5 longas et 0^{mm} , o13-o16 iatas gignit, Dum fructus ascophori generantur, conidiis subevanidis, exeunt e mycelio, quasi in panum sive pergamenum tegmen conspissato, fibrae s. setae, rigidae, exiles (0^{mm} , oo35-oo5 diametro crassae), solidae, parce ramosae, dilute cinereae, hiemale conceptaculis nidulantibus operimentum, quarumque gratia fungillus, assumpta facie mire pilosa, inter confamiliares a longe dignoscitur.

Frequens parasitatur in *Rods* cultis aut sylvestribus, rariusque *Persicam*, magno hoctula[^] norum detimento, invadit, opprimit. Pycnides, turn in foliis, turn in ramis hornis copios^s* nascuntur; perithecia autem in foliis rara, in ramis e contrario abundant. Persicamala qua* fungillum admiserunt sparsim impetigine cinerea misere teneri videntur et in amoena faciem habent, licet satis magnam crassitudinem et probam maturitatem saepissime tamen consequi valuerint.

Descriptio nostra ad fungillum *Pmīn* intetum pr^reti_m spectat; , «. m fc^o -get pyenⁱdⁱbu, »pi^s destilutus videtur eisque spor. etigniores sen endchec, nun* recta^o nunc .ucur,,,^ o--o35-o4, iulon siudine meo-, o,6-o33 jf crassiudinen, .quant, pbsmate^o nctao pr^mum pallido ac dein infuscato. Semi,, h^c natura theelque oblongo.llipticis e. « , ! » » ^ " " ^ (oetoj»8»). i^c conceptaculis crassioribus qua, resticulk , .ppendicuh. fuses e. brev. bus und. qu, ^ horre- ban. ac inter strata panni modo descripti Ia.ek.nl, januario med,o vd,n,us; eo ru^gdem^o em na^o ita medio venire, prater morem, sa-pius oriuntur. Peridia pleraque extreme torn. «ert,cc deh. sount, ut vere novo hiantia et evacuata saepi[^]epenantur.

EXPLICATIO ICONUM.

(Tab. III.)

1. Mycelium eonidiferum *Brakes pannosa*, FB. in epidemide avuisa ^ ^{Persicæ vulgaris}
^ qui fungillo peculiare notumque tomentum implexi struunt. Conidia quaedam ^ t pili rigiduli p,
jacent; alterum in iconis fronte germen exeruit (250/i).
2. Lamina exigua epidermidis pagin, a n. c, ejusden, W " ^ um sur illi nostr; aras^otantis
non solunipilosrigidos,in brachiadivaricata discedentes, et coniaiaio.{j
pyenidia prtuKt numer_osissima. Conceptacula h^c in sustentaculo bren aut protracto assu^oun^o, e forma
crassitudineque variant; qu.dam in J d i o nonnihi. contraca e condns duobns s.m.h^o ut •. on,pn.m
ducere videntur; alia etfcn in monile ex conidiis obsoletis et de speae ster.hbus des.nunt^a ut cond.o un.co
deformi coronantur; stylorpora3 t, t, e nonnullis in summo r^ttere apertis exeunt (a60/).
3. Stylosporae tales quales pyenidiis dimitfuntur.
- 4-6. Aloe q^oG proxime germinaverunt.

7-8. Hæ stylosporae, priusquam germina egerint, multo crassiores et didymae factae sunt.

9-1/i. Alia?, diebus xv et quod excurrit a seminatione elapsis, in germina ramosa et septis divisa varie protrahuntur; septa germinum, ut mos est, ab ima etorum parte incipiunt.

Figuræ 3-i& res pari modo, scilicet vices circiter CCCCLXXX, auctas exhibent.

(Tab. IV, fig. i-3.)

1. *Erysiphe pannosa* FR. quæ viguit in ramis hornis *Persicce vulgaris* MILLERI; matura est, quare conidia oluta sparsa c, pycnidia forma varia quæ stylosporas t vomunt, nee non et conceptacula ascophora mycelio t, sub pilorum rigidorum p, p, laxo pexoque tegmine, haerentia simul exhibit. Conceptacula alia nuda unt, alia pilis brevibus fucatisque sparsim ornantur; ex hisce unum, arte fractum, ascum a vix matuum tradit. Pycnidia sphaerica a peritheciis æge discriminantur (a5o/i).

2. Theca seorsim delineata et a latere rupta (38o/i)-

3. Sporaj liberao pallidae, vix maturae (38o/i).

Icones tabulae III et IV supra descriptae, omnes ex fungis vivis, Cavillæ prope Versalias, septembri eunte (a. MDCCCLIII) delineatae sunt.

(Tab. V, fig. 9-10.)

9-10. Endosporae maturae *Erysiphe pannosce* FR. (in *Rosa canina* LINN, parasitantis) quæ, loco favente, germina edere, ineunte februario (anno MDCCCLVII), cooperant (38o/i).

13. ERWPHE DIPSSEARUM.

ERYSIPHE COMMUNIS (DIPSACEARUM) FR. S. Myc. t. III, p. 261.— WALLR. Fl. crypt. Germaniæ, p. post. p. 758, n. 3664, (sub *ALPII TOMORPHA*).

ERYSIPHE KNAUTIE DUBYO, Bot. Gallici t. II, p. 870.

SPH/EROTHECA CASTAGNEI (F) LEV. in Ann. Sc. nat. ser. III, t. XV (1851), p. 139, tab. vi, fig. q.

** 6

TOTIUS plantæ matrix partes aereæ parasitum, icRst hyphasma adpressum, tenui, laxiusculum, album, longe lateque effusum, undique admittunt. GONIDU in monilia G-8-mera primitus consociata, formam ellipticam solitam libera nanciscuntur, dataque opportunitate in fila praelonga et mox ramosa hinc aut inde abeunt. GONIDIIS autem catenatis srçpissime supponuntur pycnides multo crassiores; quæ ellipticee, oblonga* globosa3ve, sessiles aut stipitatae, nuda3, magnitudine summopere variant, e membrana cellulosa infuscataque fabricantur, ostiolo oblique terminali et in rnarginē lacero-fim-briato dehiscunt, stylosporasque innumeræ, ovato-oblongas v. cylindricas, curvulas 0^,006^-0095 longas, o^{mm},oo35 latas, simul et mucum adglutinantem f^ndunt'. Dantur etiam pycnideS admodum spha3rica, interdum obtuse mucronatse, §essiles, plera^que conidiferis multo majores, pilisque s. appendiculis simplicibus et'dilute fucatis sparsim instructs. PYGNIDES omnis jriodi ita quandoque abundant ut oculo etiam inermi conspiciantur, colore autem semper dilutiori et solita exiguitate a peritheciis immixtis quorum adventum antecedunt facile dignoscuntur. CONCEPTACUIA h*c ascophora, matura

crassa et fusco-nigra, appendiculis fuscis, praelongis, remote sepliferis, obtusis, simplibus (rarius supra basim bifurcis), vagis, sjl. hinc et inde porrectis, aliis erectis, aliis decumbentibus, ex omni parte.laxe ornantur. ASCUM unicum (quandoque duos) singula fovent obovato-ellipticura, brevissime unguiculatum, in vertice late manifesteque tenuatum, $o^{mm}, 08-09$ longum, $o^{mm}, 06-08$ lalum, vulgoque octosporum (rarius 4-6-sporum). SPOB[^] ellipticae, nonnihil incurvre, $o^{mm}, 023-026$ hinc, illinc autem $o^{mm}, 013-016$ aequant.

Parasitatur restate in *Dipsaco sylvestri* L. Modonique et Cavitae agri versaiensis laele vigentem multoties reperimus. Variis suis et promiscuis fructibus, pr* caeteris contribulibus fungilhs, mycologum de *Erysiphis* plurima docet.

Erysiphe Humuli DC. {Fl. Fr. I. V, p. 106) a prscedente, monente cl. LÉVEILM, fortassis nondifert illius autem mycelium conidiferum matricis folia tumefacere solet. TaMfe nostr* IV figura nona fructus maturos hujus formae exhibet.

SphmraAecm Castanii LEVEILLEO (illius saltern qu* in *Dipsads* et *Humulo* hospitatur). append.cuk peram breves dicuntur et depinguntur (in Ann. Sc. nat. loco sup. cit.); pler^ue cmm d.ametro conceptaculi suffulcentis quadruplo longiores deprehenduntur.

EXPLICATIO ICONUM.

(Tab. IV, fig. 4-9-)

* *Erysiphe Dipsacearum* Nob.

U. Fragments epidermidis a pagina postica foli[^] *Dipsaci sylvestris* L. augusto exeunte avujsa, recipit byssus kxa nostne *Erysipkes Dipsaceanvn* modo descript., Pycnis bñmter oblong, in icon» fionto ongum conidiorum apicem qua, hinc et Ulinc alternis vicibus arida slenhaquo comprunnntur, gcr. Pcnth $\frac{e}{c}$ $\frac{m}{n}$ crassum, ionge et laxe piliferum, pyc^bu, duabus sph.ricis paulo nnonbus, palhd.nbus et pamus

T g S f Z ^ L ^ - i c ..- ova,, et moue p n * ^ « condHs social, e yœHo fungilli de quo agitur simul oriuntur; pycnis crassior stylosporas eructat (Mo/i).

6. Pycnl alire scissa, evacuata; quare membrane tenuis qua fmg,tur .truck*, patent (38o/).

7. Ascus octosporus (38q/i). /Q« / \

8. Sporai seorsim spectatae, nondum, ut opinamur, perfecte maturae (d>o/i);

** *Erysiphe Humuli* DC.

9. Perithecia *Erysiphes Humuli* DC. sea *Spherothecce Castanii* (,) LEV. matura pilisque atro-fuscis horrida, strato mycelii sui filamentoso et folium maternum sugente insident (95o/i).

Erysiphes Dipsacearum Nob. icones quæ traduntur, augusto me nno MDCCCLIII), Cavillæ Versaliorum, e fungillis vivis delin#ata3 sunt; qua; ad *Erythym Humuli* DC, spectant, ibidem, octobri ineunte ejusdem anni, comparavimus.

** *Ascis copiosioribus ffirysiphae verae LEV.*

\k. ERYSIPHE GRAMINIS.

* Fungillus conidifer :

BOTRYTIS SIMPLEX (33 *MONILIS* ALB. et SCHW. *Consp. Fung. Nisk.* (1805), p. 363, n. 1082.

MONILIA HYALINA FR. *Obs. Mycol.* t. I (1815), p. 210, n; 3o&, tab. in, fig. A, a-d.

ACROSPORIUM MoymoiDES NEESIO, *Syst. der Pile* (1817), p. 53, tab. iv, fig. £9 b. — *PERS. Myc. Europ.* t, I (1822), p. 23 (xn, 1). — *GREVILLIO, SC. crypt. FL* t. II (182&), tab. LXXXIII.

OIDIVM MONILIOIDES LINKIO, *Sp. Plant. Linn.* t. I (182/1), p. 122, n. h (utraque var.) — *CAVALERIO, Fl. Par.* t. 1 (1826), p. 43 (perperam assent auctor fujagillum in foliis enfortuis vigere), tab. in, fig. 11. — *FRIESIO, Syst. Myc.* t. III (1832), p. 431, n. 6. — *Armino HOFFMANN* in N. PRINGSHEIMII *Jahrb. f. wiss. Botanik*, t. II (1860), p. 282, tab. xxix, fig. 22.

TORULA ACROSPORIVM CORD'E (flp. STURM, *FL Germ.* sect, m, t. II [1829], p. 75, tab. xxxiv) qui erysiphea perithecia in plantula propter aetatem demum flavescente semper occurrere notat.

OOSPORA MONILIFORMIS WALLR. *Fl. crypt. Germaniæ*, t. II (1833), p. 182, n. 1670.

TORULA BULBIGERA BONORDENIO in SCHLECHT. *Ephem. botanica*, t. XIX (1861), p. 195, tab. vm, fig. 8. (*Torula papillata* et *T. rubella* ejusdem auctoris [ibidem], etiam graminicola, huic *bulbigerce* summopere affines et nil nisi *Erysiphæ* item imperfectae seu mere conidiophorae videntur.)

** Fungus perfectus aut saltern ascopborus :

ERYSIPHE GRAMINIS DC. *FL Fr.* t. VI, p. 106, n. 735 a. — *LEV. Monogr. Erysiphæ*, in *Ann. Sc. nat. ser. in, t. XV*(1851), p. 165, tab. x, fig. 33.

ERYSIPHES COMMUNIS forma graminicola WALLROTHIO, *Fl. crypt. Germ.* t. II, p. 758, n. 3664 a (sub *ALPMOTOMORPHA*). — *LINKIO, Sp. Plant. Linn.* t. VI, part. iHl, f 106, var. 3 (sub *ERYSIBE*). — *DUBYO, Bot. Gall.* t. II, p. 869, n. 77. — *FRIESIO, Syst. Myc.* t. III (1829), p. 2&2.

FUNGILLT byssus initio albida, saepe cum senior facta est sordidule maculatur aut rubet, capillamentis tenuissimis qua³ fibulis sugentibus, bj[^]vibus et transversis abundant, semper constat et utramque foliorum hospitalium faciem a primo vere in sestatem usaque invadit, nunc hinc et illinc sparsa et quasi insularis, nunc longe lateque continua, nudo etiam oculo velutina et citissime modo solito bifariam fertilis. CONIDIA de more elliptica, utrinque obtusissima, matura 0^{mm},02 5-03l) longa, 0^{mm},008-0i crassa, longissima struunt monilia ex articulis omnimode inaequalibus, quee scilicet a summo maturo, perfecto, ad basim novissime natam attenuantur, et utriculo inflato, ovato et utrinque attenuato, arrecta suffulciuntur. CONCEPTACULA copiosissima nascuntur, initio spheerica et albida, subinde flava, fusca ac tandem aterrima; minima omnia consistunt, pro maxima parte in bysso natali demerguntur, singulaque ex inferna parte filamenta piurima edunt, alia pallida et ab hyphis mycelii segre discernenda, alia (superiora) e contrario atro-fusca, simplicia et in[^]quilonga qua? appendiculas sinceras, quamvis breves et subabortivas, ^cere licet; pars autem conceptaculi superna harum appendiculum vulgo expers est. Ejusdem interni parietes cellulis bilocularibus, elliptico-oblongis et plasmate dilute fusco refertis vestiuntur. THBC* octosporffi (auctore LE-

VEILLEO) in singulis peridiis plurimae generantur. Pycnides unquam reperisse non recordamur.

Solis Graminibus infesta est haec *Erysiphe*. Frequentissimam gffendimus circa Parisios, Versalias, Compendium, Fontembellaqueum etc. in *Poa bulbosa*, *Agroslide Spicaventi*, *Arena elation*, *Triticó hiberno*, typis Linnaeanis omnibus, aliisque confamiliaribus herbis.

Mycelii stratum acus ope sine negotio totum tollitur, perinde ac epidermis adventitia, Monilium basis bulbosa notam fungillo sistit peculiarem. Sporae ante julium mensem maturae vix reperiuntur; peridia tamen ineunte maio jam informantur.

Puccinia minuta SOWERBEO (*Engl. Fungi*, t. III [1803], tab. cccc, fig. 10) quam El. FRIESIU (Syst. Myc. t. III, p. 432) ad suum *Oidium monilioides* trahit, *huic equidem structura congruere videtur; fungillus tamen, ni fallimur, maxime ambiguus adbuc consti^t, propter sedem quam in ip^o Agarici *lyco-perdoidis* BULL, elegisse fertur.

15. ERYSIPHE TORTILIS.

ALPHITOMORPHA TORTILIS WALLR. in Comment berol. cit. t. I, p. 35, et *Fl. crypt. Germ.* t. II, p. 756, n. 3658.
ERYSIPHE TORTILIS Lk. Sp. Pl. Linn. t. VI, parte 1, p. 111.—RABENH. Herb. Myc. (ed. alt.), fasc. V (1857), n. 472.
ERYSIPHE TORTILIS FRIESIU, S. Myc. t. III, p. 243. —LEV. Monogr. *Erysiphacearum*, in Ann. Sc. nat. ser. III, t. XV (1851), p. 170, tab. xi, fig. 35.
ERYSIPHE COBNI DDBYO, Botanici Gallici t. II, p. 870.

Mnmmfungilli conidigerum summas fruticis hospitis innovationes, corymbos no^o, dum expHcalos Liaque floraHa prim, vere invadit, farinaque ^ h d . et c o p — a diu obruit; qua, autom postquam in auras tola evanuit, byssus >psa summopete »-nui s. multo rarior fieri! misera c contrario ma.ri, reviviscere v.dentur. F^lore^s nemp^e primitus conidiis conspersi, tandem detersi et imbribus In b, plenque deb.to tempore Llvi expanduntur ac tote concipiunt. Folia autem qoo, corymbos sfpant aut re^{li}-quam arbnsclam vestiunt, lapsis conidiis mycelioque subevan.do, fung.lb tamen neutiquam sunt expertia; contra per seram ^statem autumnumque, prop^ter concep^tacula atra sibi inspersa subtus quasi punctulis notantur. Sphend. en>m tune deprebendun^r. 0 - , 8 diametro vix superanles, sessiles, appendiculis s. filamentis pnolong^ nnili metrum scilicet aliquandó excedentibus, . - , . 6 6 non cras*or,bus, vix aut remot^s sime septatis, praeter apicem decolorem saturate fuscis, summopere flexuos. qu u^f araneosis, vagis, patub[^] folio haerentibus aut assurgenÜbus e^t sope fasculat subter .equatorem hinc et inde et circum circa ornatae. S.ngula, thecas t - ^ TM mucrone, pedicell loco, brevissimo et obtuso innixas, 4-6-sporas ac p.nphy[«]b» subdeslitutas Lent. Sp[«].« ovato-ellipUc* . - , . . . - S i» longHudinem et o^{mm},o¹⁶ m iatitudinem utplunnum «f«nl, plasmate granoso tandem infuscato obscuroque P . „] ; nparp viv o^{mm},oo35 crassim, sa3pius ex refercmntur, ac stato tentpore germane lineare, \ix o ,uu , r apice angustiore protrudunt.

Parasitatur in *Corno sanguinea* L. ac prope Parisios haud raro occurrit; fruticis folia cum hieme ineunte decidunt, fructibus *Erysiphe* maturis subtus etiam tune consperguntur.

Sporae colorem indolemque seminura *Erysiphe adunca* GREV. oemulantur; plurimas in aqua germinantes, inter multo plures quae corrupt® paulatim dissolvebantur, decembri mense a. D. MDCCCLVI vidimus. Germen simplex antequam spora quintuplo longius fieret, ipsum confectum periit.

TABULA nostrse V icon octava sporas plurimas *Erysiphe tortilis* FR. maturas et germinantes exhibit (38o/i).

16. ERYJSIPHE COMMUNIS.

ERYSIPHE COMMUNIS (HYPERICEARUM) FRIESIO, Syst. Myc. t. III, p. %ko.

ALPIITOMORPHA COMMUNIS & HYPEMCEARUM WALLR. FL crypt. Germaniw, t. II (1833), p. 758, n. 3644.

ERYSIPHE MARTII (B) LEV. Monogr. *Erysipharum*, in Ann. Sc. nat. ser. in, t. XV (1851), p. 166, tab. x, fig. 34.

PLANTAM matricem hyphasmate sordidulo, spisso, quasi cinere s. farina consperso, totam vestit, solis fere parcit radicibus nee saepius flores sinit rite explicari. Ejus filaments tuberculis aptatis, *Cuscutce* instar, suffulcro vivo arete heerent, illudque sugere videntur. Innumera erectaque ex hoc araneo per aestatem oriuntur monilia, e conidiis ellipticis, $0^{mm}, 025-035$ longis, $0^{mm}, 013-016$ latis, quae autumno evanescunt. PYCNIDES copiosos, forma et crassitudine variae colorisque infuscatai, a pyenidibus *Erysiphe Dipsacearum* supra descriptis baud dissimiles, conidia comitantur stylosporasque cylindricas v. oblongas, curvulas, utrinque obtusissimas, $0^{mm}, 0065-008$ longas et $0^{mm}, 0035$ haud crassiores, per ostiolum terminale ac saepius obliquum vomunt. Sunt has inter pycnides quao conidiorum monilia sustentant; plunmae contra in mucronem sterilem desinunt*, crassiores, ut solet, formam sphaericam, appendiculasque paucas obtinent, vixque nisi colore dilution a peritheciis extrinsecus discriminantur. CONCEPTACULA ascophora s. fungilli fructus perfectiores medio septembri apud nos apparere solent; adeptā maturitatem nigra sunt, $0^{nim}, i$ et quod excedit diametro aequant, appendiculasque 12-18 maxime protractas, nempe $0^{lum}, 30-65$ longas, deorsum dilute et vix ac ne vix infuscatas, sursum albidas, remotissime septiferas v. totas continuas, simplices aut multo rarius in brachia pauca t>revia et divaricata discedentes, semper autem peculiariter flexuosas, geniculatas s. angulatas, patentissimas et a mycelio cui incumbunt a3gre (fructu non avulso) discernendas, e lateribus infernis agunt. Singula thecas 5-y, ovato-obtusas, ab externo latere curvulas, basi breviter unguiculatas, in apice quadamtenus tenuatas, $0^{mm}, 0/15-05r$ longas, $0^{mm}, 03-04$ latas et 4-6-sporas fovent. SPOR^ elliptic®, rectae, $0^{mm}, 02$ hinc, illinc autem $0^{ram}, 013$ metiri solent#

Frequens parasitatur in *Hyperico dubio* LEEHSII, ac circa Parisios et Versalias loca umbrosa, uda, sylvarum praediligit.

Tubercula ilia sugentia quae apud *Erysiphcn* viticidam mijitorum oculos olim adverterunt, in mycelio *Erysiphes communis (Hypericearum)* FR. eiam abundant, nee aliter struuntur; inde suspicari licet, notis aliis convenientibus, hos fungillos ab invicem non longe recedere. Appendiculae fungi hypericicola iodo soluto madefactae obscuriores fiunt, sed non manifeste caeruleae; illis est canalis interior deorsum versus angustissimus, sursum autem maxime dilatatus.

Erysiphe Pisi G^DOLLIO (*Fl. Fr. torn. VI*, p. 27/1) et *GREVILLIO [Scot. Crypt. Fit III]* [1825], tab. i34) quae *Piso sativo* L. sera aestate infesta est, item a prsecedente non diversa videtur. Illius conidia in mycelium novum jam conidiferum evoluta exeunte august^o vidimus (Cfr. tabulam nostram V, fig. 7*). Caeterum *Erysiphe Martii* LEV. plurimis plantis, auctore cl. LÉVEILLE, loco citato, apud nos innascitur.

Ad *Erysiphcn communem* FR. (recentem, mere conidiferam) pro maxima partQ spectat *Oidium erysiphocles* FRIESIO (*Syst. MycA. III*, p. 43Q, n. 7) et plurimis scriptoribus¹, ut MAZERIO [*PL Crypt. Gallue*, ed. altera, fasc. XI [i84i], n. 507 [in foliis *Pisi, Cucurbitce, Trifolibrum*, caet.]) qui ingenuus notat fungillum hunc mycologis gallicis bactenus omnino fuisse neglectum, quia sane pro *Erysiphes* initis habet.

Decernit ill. FKES.US eidem suo vulgatissimo *Oidio eryslphoidt* summopere analogum videri *Oidium Tuckeri BERKEL* ab inventore dictum (in LIHDL* ephemerede inscripta *Gardeners Chromcle*, ad annum MDCCXLVII, manip. XLVIH, p. 779 cum icone, et in *Ann. and Mag. of nnt.* ^ ser. altera tom. VII [i841], p. 178, n. 54&), quod vites Europæ f ^ . ^ ^ ^ V f ^ Zeitung, tom. X U «L1 n A65 ubi citantur *Ada Acad. Sc. holmwms*, ad ann. pronuntiavimus id *Oidii* nil De hoc argu

esse nisi cujusdam *Erysiphes* hyphasma conidiis obrutum simul et pycnophorum. (Cfr. *Act. hebdom.*

clariss. ipfe bJL.. doctor fat., nunc fungillum >Uc,da_a d.ccrc non du „a €,,>'« IW repudia priori cognomine OX IWhri. (Cfr. /»«r». ./<b ftrt-S. &• f}**> IX [1855]; p^o 66, CUM iconib[1] p. C8-70.) Quic ad,, oduma temmyce humnudu_m s.crdqic 1 L mycologo prudent' φ. sincro periculos. ardu-que res «., *e .U.m %»,,*««» by»• c.^nd.o. phor, La j o L utplurimum inter sc si mili.udincm b.ben, quam u. ante fructus d.gn.ore na tern dignoscantur. Id causa, «. cur sequentes *Enj,i,U* in porfectas suos ad typos referre frustra fo. n tenuerimus, nempe :

a Conidiophoras :

Sporolrichum macrosporum GnEVii.no (F. M M. LI »a¹⁴⁰a; P-¹⁴⁰a; K;cc;mn_rnm Fr-stirbus infestum ideoque verisimilime fictitium typum, ex mycelio gemmifero diversissunarum *Erysipharum* imprudenter compactum.

Torulam Lyoideu Coni (.p. ST.BM, *FL Germ*, parte m. ton, II [t.8,9], P' " J ^ ^ ^ themiis S_FV,, L o r i ; I, vig atem et propterea forsitan ad *Erysipkñ Martu* LEV (m 4-»: Sc n_s . ser₆₆, , XV, / 166 , tab. x, fig: 3,), sive^P %, ^ ^ ^ t ^ ^ ^ et t. VIII, p. 14), aut ad^y i ^ / « C « « U*. (loc ct . p. ^ ^ ^ V ^ ^ ^ bi. TonJam ^ filbitV ejusdem Com* (/»»• ^"V-^{18/t_o} IV t^{18/t_o} ^ P> 9 , c , Ijl *Castanii* LEV. frontem, albam, monilia e sporis 6-8 catenatis proferentem, rudimentaque *Sphtrrothcc** modo ciliale in *Epilohio Inrsuto* L. fortassis statuentem.

0/rfnnm *Chffisanthemi* RABENHOBSTIO, in fferftwgw t. I, |t 19-21, tab. ni, f, ig. 1, fungillum descriptum, et in ejusdem auctoris *Herbaria Mycologico*, fasc. XVIII, n. i₇63, evulgatum,

¹ *Oidium erysiphoides* FR. sincerum, in Ieo»ro vi- lific fil n 07") subfalso tMo *OidiumonilioidishK*. exhibens; apud RABENHORSTIUM (*Herb. Mycol. ed. allera*, t. III belur.

scilicet BERKELEO jam obvium. (Cfr. enim *Ann. and Mag. of nat. History*, ser. %altera, torn. VII [1851], p. 178, sub n. 544.)

b. Pycnidiphoram :

Byssocystim textilem RIESSIO (in RABEMIORSTII *Hedwigia*, t. I, p. s3, tab. 111, fig. 2 d, e, f) qua? in foliis *Plantaginis majoris* LINMI, *Oidii* praevii locum tenens, ad *Erysiphe lamprocarpam* (D) LEV. (Monogr. cit. p. 163, tab. x, fig. 3i) aut ad *Erys. Castami* ejusd. (ibid. p. 139) verisimillime ducenda est.

Ampelomyces, Gesatianum genus (in SCHLECHTENDALII *Ephemeride botanica halensi*, t. X [1852], p. 301 et 302), et *Cicinnobohs*, Ehrenbergianum (op. Q t. XI, p. 16), *Erysiphe* viticidae pycnidum feraci, fructibus autem nobilioribus destitute, superstruuntur, quemadmodum byssus mere conidiophora ejusdem fungilli (in MAZERII *PL Crypt. Gallice*, ed. altera, fasc. XXXV [1850], n. 1733, contenta) *Leucostromatis* typum beato CASTANIO nostro et *Endogenii* clar. viro belgae, J. CROCQ (in Actis Acad. Sc. bruxellensis, *Mém. Cour. et Mim. des Sav. Grangers*, t. XXV [1854]), praebuit.

Quod ad *Farinariam seminariam* SOWERBEI (*Engl. Fungi*, t. HI [1803], tab. CCCLX, fig. 1) attinet, quern fungillum salicicolam ad suum *Oidium erysiphoides* dubitanter tralit Elias FRIES (*Syst. Myc.* t. III, p. 43a), pro *Erysiphe Salicis* DC. earn habere si cquis maluerit, nequaquam huic adversabimur.

EXPLICATIO ICONUM.

(Tab. V, fig. 3-7^{a,b}.)

3. *Erysiphe communis* WALLR. (sub *Alphitomorpha*) in folio *Hyperici dubii* LEERS, medk septembri parasitantis, fungilli scil. modo descripti, auctam imaginem vides quatejus conidia suffulta, pycnides conidio-morphae alia3 et sphsericaa alterae, simul et conceptacula digniora seu ascophora, longe appendiculata, in eodem et ipsissimo mycelio exhibentur; hujusc capillamenta tuberculis sugentibus passim instruuntur (a5o/i).

A-G. Ha3c organa mycelii sugentia seorsim spectata, et maxime aucta.

7^a. Conidia *Erysiphe Pisi* DC. (*E. Martii* [c] LEV.) quaB in folio *Pisi sativi* L. sparsa mycelium novum, ex quo baculi conidiophori jam pronascuntur, germinando ediderunt. Byssum hujus *Erysiphe* adultam, licet adhuc mere gemmiferam, videre est in RARENHORSTII//er&. *Mycologico*, ed. alt. ser. nova, t. III (1860) n 27C,
* sub titulo *Oidii erysiphoidis* FR.

7^b. Theca octospora ejusdem *Erysiphe Pisi* DC. seorsim delineata (38o/i).

ADNOTATIONES.

¶Non dubitamus multa esse qua3 et nos praeterierint. r

(PUN. *Hist. nat. lib.I.*)

„La besongne est trop longue, il n'est pas bien aysé d'y dormer la dernière touche. «

(Guy de la BROSSE, *De la nature, vertu et utilité des Planle** [t Ga8], p. 1)

ADNOTATIONES.

I. — Ad pag. 9 et 3.

/.

Diversissimae veterum opinione de Fungorum ortu, natura et propagatione quarum potissimas tantum, ut decuit, in opusculi nostri limine paucis exposuimus, secundum tempora, facili aptoque ordine, nee non fuso sermone omnes diligentissime recensentur apud Joannem PALLET, qui anno S. MDCCXCIII librum integrum, et hunc rainime exiguum, in operibus mycologorum omnis avsi et nationis studiose recognoscendis et compendiōse exponendis adhibuit. (Gfr. ejus *Tractatum de Fungis*, torn. I, jet ill ice scriptum.)

florculo post, nempe a. D. MDCXCIVII, Carolus Lud. BLOTTNER, Silesius, super eodem arguento Halae edidit dissertationem inauguralem elaboratissimam, cuius in pagis rei mycologica scriptores in cohortes iv ordinantur, prout ius Fungos ex putredine nasci contendenterint, aut eosdem pro insectorum domiciliis habuerint, 3o aut a veris gemmis. hab aut contra ex semine sincero oriri decreverint. Ipse autem sententiam probat eorum qui Fungis semina legitima concedant; suis enini observationibus didicit Fungos tantummodo e consimilium semine pr̄venire, et reliquarum instar plantarum, paulatim nee subito evolvi.

De Fungis item non tacuerat Georgius Rudolph. BOEHMER, Wittebergensis, PAULETIO insalutatus et cui liber de *Plantarum semine*, a. D. MDCGLXXXV editus, debetur. Semina Fungis inesse cum KOELREUTERO non dubitat, quae autem virtutem fertilem quasi innatam obtineant et bulbilorum more, nonnente venerabili SCILEFFERO, ad germinationem sine praevia foecundatione apta generentur; qua? ideo prae nobilioribus seminibus imperfecta videantur, et adeo exigua sapius occurant ut quis unquam, vel lynceus, vix eruere possit utrum nuda sint an tegumentum induant. (Cfr. BOEHMKRT libr. citatum, p. ^5, 27, et 34, not. y.)

Brevis contra apud PAULETIUM nostrum mentio est Glirisiani SEYFFERT docta cuius *Dissertatio inaugurate de Fungis* (Ienae, novembri m. a. MDGGXLIV edita) festive carpit cubiculares illos philosophos qui rrdelphinum sylvis adpin-
cubilis, fluctibus aprum,» atque rexpriritu contradicendi
rret controversiis inclarescendi,* aequivocam generationem
quorundam vegetabilium et maxime Fungorum defendant.
ff A ratione alienum videtur, ait auctor, Fungum, ceu cor-
pus naturale, cuius partes tam affabre formats ordineque
fiam concinno constructae sunt, sponte oriri. Nam se-
rrundum anatomicas observationes, varia vasa tubillique
crper anastomosin inter se connexa in quibus succus nutri-
tiusjne dubio circulatur, in iisdem annotantur; et prse-
rrerea indolem suamnon mutant, sed singulis annis eadem
rfacie regerminant, ut aliquot ante secula progerminarunt,
rsic, ut plane nova eorumdem genera minime observen-
Trtur... Me quod attinet, intra *Amanitarum* lamellas pul-
rverem observavi quern microscopium ceu parvas lenticu-
flas oculis repraesentat; hunc autem pulverem terra*
crmandavi lignosa putridse, et sequente anno idem fungo-
rrrum genus progerminavit.» (Dissert, laud. p. 11 et 19..)
Itaque flrist. SEYFFERT cum neotericis veritatem agnoscere
mavult et vegetabilium omnium generationem univocam
dicere quam cum veteribus errare; et causa sane ea est
cur ab Adolpho WEDELIO, praeside, laudetur quod magis
ex re ipsa quam ex libris philosophetur et tertiari haerial
doctrinae.

II^a. — Ad pag. 9, not. 3.

Qui placuerit doctrina hie obiter et contractionē sermono exposita, ille sane nobiscum valde letabitur quod eidem non plane desint suffragia doctorum et philosophorum prap-

sentis a3vi. Virum emmibilem, C. Fr. Philippum MARTIUM, *Abhandlungen und Untersuchungen aus dem Gebiete der Naturwissenschaften, insbesondere der Biologie* [Gissae, a. et beat. F. J. F. MEYEN, ambos ex amplissimis naturae interpretibus, annumerare licet cum iis qui summam vegetabilibus injuriam fecisse arbitrarentur, eisdem animam (^djtdjies Spmcty MEYENO) si denegaverint. Meritissime contendunt laudati auctores motum et sensum non omni vitae necessario competere; has caeterum facultates minime cunctis vegetabilibus similiter deficere, ideoque pari jure plantas et animalia quodam spiritu animari. Vitae munera in planta universa e'quidem quasi indiscriminatim diflundi, apud bestias contra certis in partibus singula discreta exerceri, utrumque tamen entis genus omnem vitam suam animae sibi infusae pariter debere. Animalium et vegetabilium animas longe magis opinione sihi invicem esse analogas, et discrimina quae intercedere videantur, in dies minora fieri, prout physici arcana naturae penitus scrutentur. Nobis vero ignoscat illustr. MARTIUS si ex his quae super argumento meditati sumus, nondum illius exemplo confecerimus vegetabilem animam immortalitate condonari; et nos ipsi his intimis trahimur illecebris quibus mens humana miseriae sua et terraueae domus tantisper interdum oblita, in regionem sempiternae lucis se raptam praeuiature fingit; id autem solius animo3 humanae esse arbitramur lerestrem vitam, stat tempore, pro coelesti coniutare. Dantur sane plurimi substantiaruna spiritualium ordines qui libertate deslituti propterea nee culpae nee meriti capaces, vitam indefinitam in forma privata non consequents; atqui nonne hisce satis erit omnis materiae visibilis sortiri vices quam plurimi e sacris scriptoribus non prorsus unquam perituram et delendam, sed potius mutandam olim seu renovandam fore existimant? Nee e proefatis sequitur, MEYENO frustra contradicente, quidd^n spiritus animae corporibus illis etiam inesse quae organis et vita destituantur, propterea non sine causa a saeculo in anima dicuntur. Evidem quemadmodum creaturam sine creatore, sic materiam sine spiritu non intelligimus, et omnia quae sensibus nostris quodammodo officiantur, res etiam quae forma definita non coercentur, ut aer et quid Habilis, difusile aut fluidum sine pondere dicitur, formas aut leges solemnes agnoscent quibus necessario, ut ens vivum animae sua, subjiciuntur. Id autem spiritus licet materiem inanimam informet ac diversissimas illi infundat vires, multifaria quidem efficit corporum genera et specimina, nulla vero individua proprie dicta; causainde est cur talem spiritum ipsam intra materiam commorari aegre fingas, eumdemque libertius in ipso naturae Conditore aut ejus ministris inhabitare existimes. Illustris MAWTII super anima vegetabili iiieditationes continentur, auctore MEYENO, in libro qui inscribitur *Reden und Beiträge über Gegensätze aus dem Gebiete der Naturforschung*, et Monachii publici juris factae sunt anno S. MDCCCXXXVII.

Praeler sensum et irritabilatatem, J. B. WETTER (in suis

Timidi dicunt nee nisi diminutam confitentur veritatem qui de anima vegetabili tacent, sed vim vitalem in plantis agnoscere non recusant. Vim vitalem, ubi ubi sit, abscue spiritu ejusdem rectore et dominatore quis intelligit? Nee mera virium physicarum summa, nee quidquam ex iisdem necessario consectetur haberi potest. Corpora inanimata (quae anorganica, sane propter organorum, non autem structurae propriiE defectum, vulgo nuncupantur) bene multis obediunt viribus, natura et virtutibus ab invicem discrepant, attamen neutiquam vivunt. Aliquid amplius vivis cibus inesse satis superque patet, et id quod accedit capere nequimus, nisi dignitate kmge superius non modo materiae ipsi qua entia struuntur, sed etiam cunctis viribus, quum physicis, turn chimicis, ut hodiernis utamur vocabulis, quae eidem substantive sicut universis naturae corporibus dominantur. Vis vitalis nequaquam, harum instar, universalis est, sed singulis entibus priva et cum singulis varia; individua est, rectrix, ordinatrix, eamque cum sacris litteris animam vivenlem dicimus. Ad suum. quocunque sit cui infundatur, corpus informandum tuendumque, omni utilur aptae materiae genere, simul et, prout res postulat, omni vi ex universalibus quae ubicunque terrarum pari modo naturae dominatoribus serfire jussae sunt. Ne ideo obstupeamus suis in aedibus corpora nonnulla si fingat quae inter inanimata etiam occurant. Ipsa caelum saepissime his extraneis viribus aegre imperat, quin inio et iisdem et aliis potestatibus tandem opprimilur; dolorem enim aut saltem injuries et mortem a corpore sibi credito-arcere nequit; nam omnis a saeculo irrgemiscit creature» (*Rom*, v, 22), et quis est homo qui trivet et non videbit mortem?* (*Ps. LXXXVIII*, fig.) Licet igitur non minus abhorreamus quam clar. ALEFELD (cujus conferas animadversiones in *Ephemeride botanica berolinensi*, torn. XIX [1861], p. 93) ab omni doctrina qua spiritus neget, nil reformidamus de veriore scientia a subtiissimis chimiae vel synthetics disquisitionibus. Libentissime profecto plaudimus inventis quae summa DEI providentia humanae sagacitati quotidie concedit, vix autem miramur nonnulla ab homine artificiose fingi e corporibus quae anima vivens suum ad usum generare soleat. Hoc enim interpretamur quasi mens immana extra corpus animatum id ipsum conscientia operaretur quod vulgo sub ejusdem velamine ipsa inscia, aut quod anima infimioris dignitatis in bestiola vel planta, sui sane ignara efficit. Talis tamen fa-

cultas angustissimos intra limites exercetur, ita ut corpora ea quag in lucem prodidisse Iseti simus, nonnfsi solita origine ex entibus vivis ca3teria inter inanimia corpora nobilitentur. At ne minimus quidem pilus vel cellula, materia scilicet atomus in forma viva aut vita? cajftici, ex offlinis chimicis adhuc exiit. Etenim quod ad opera viva spectat, unaquaeque creatura vivens, et humana ipsa, seipsam tantum, facti quidem vix conscientia et quasi invita, edere valet.

II — Ad pag. 17, not. 1.

Qui, lecta clar. BAILLOMS commentatione, doluerint vel erabilem et doctissimum Robertum BROWN, omnium prope observatorum quibus gens botanica superbire valeat prudenterissimum, in interpretando Coniferarum ilore a mira sua solitaque sagacitate defecisse, ii profecto sollicite excepterunt clar. Roberti CASPARY, de re herbaria jam dudum item optime meriti, nuperrimam dissertationem super *jloris feminei Abietinarum structura morphologica* (Regimontii Borussorum, m. aprilii proxime elapso editam), et inde sane neverunt nil forsan inexpugnabilis arffumenti in his omnibus versari qua? contra magistri londinensis doctrinam imprudenter audacterve dicta sunt. ^

III. — Ad pag. s3, not. 3.

Fungi basidiophori etiam *sporifcri*, thccaphori autem *sporidiifcri* apud LNDLEU3I (*Veget. Kingd.* ed alt. [1867], p. ki-kk) nuncupantur. Paribus designationibus iterum usus est et clar. BERKELEY, in novissimo suo libro qui inscribitur *Outlines of British Fungology*, et sub finem anni proxime elapsi, Londini lucem adiit. (Gujus conferas p. 20 et 21.) Sibi enim constat auctor qui jampridem, in doctissima sua dissertatione de hymenii slructura, *Aganocerorum* et consimilium fungorum semina nuda *sporas* dixerat, *Geoglossi* contra, *Spathularice* et *aflinium*, ascis inclusa, *sporidia* vocanda statuerat. (Gfr. *Ann. of Nat. Hist.* t. I [1838], p. 81-101, tab. iv et v.)

IV. — Ad pag. 25, not. 5.

Beat. MEYEN, omnis rei herbaria? vir peritissimus, generationem seminum *Usilaginis Maydis* DC. (sub *Uredine*) eodem fere modo interpretabatur quo clar. J. KiiiiN, locum autem inter sincera vegetabilia *Ustilagibus* et caeteris entophytis denegaverat. *Ustilago* LK. (@ctmbcbtaub Germanis), eo iudice, non morbus contagiosus est, sed avitum malum, proximaque illius causa in humoribus pra3ter naturam stagnantibus, et nimia stercoris alieni copia graminei ministrata versatur. Coeterum, ut opinatur, omnes pulveris *ustilaginei* partes in ipsis utriculis graminei parenchymatis

generantur et perficiuntur, nec quidquam agnoscut originis externe. Quare longe magis MEYENO jilacuerant UNGERI quam LEVEILLEI super Uredineisopiniones; nos vero prioris sententiam temcrariam falsamve, nostri contra popularis omnino natura? congruam jampridem reslimavimus. (Cfr. MEYENI dissertationem *Ueber die Entwickelung des Gctrcidebrandcs in der Mays-Pflanze*, ap. WIEGMAN, *Archiv für Naturgeschichte*, ami. III [1837], torn. 1, p. /t 19-612 f, tab. x, et ann. iv [1838], torn. II, p. 1G2 et i63.)

Clar. BOXORDEN, qui de \mgs LYcdmcis longam nuper edidit continentalionci (llala; propter Salam, anno D. MDGCCLX), *Ustilaginem scegium* LINKII, *violacehn* DC. et *sitophilam* DITMARI (Tillctiam Carlton TUL.) variis in temporibus accurate scrutatus est; ingenuus tamen confitetur se tempus et operam male locasse, nee unquam habuisse compertum quo modo semina horum fungillorum reapse generentur. (Cfr. op. cit. p. 26.) Quidam procul dubio praterea mirabuntur quod laudatus auctor non modo veto rum sententiis adeo haereat ut eliamnunc infitetur (loc. cit. p. 39 ct ho) /Ecidiohtm Exanthmalum UJG. (#Poly stigma aurantiacmn BONORDKMO, Handb. d. Mycologie, p. 55, tab. in, fig. 62) JEcidiorumpromordia (mascula?) constituere, et ne quidem eorumdem incunabula denotare, sed etiam *Coleosporium* LEV. in membra duo pra2t|r naturam dilaceret, nee quantulumcunque curet mutuas *Pucciniarum* et affinium cum sic dictis *Uredinibus* rationes. Frustane demonstrare tentaverisnus plerosq; Uredineos fungos bifomes esse? (Cfr. *Ann. Sc. nat. ser. iv, t. II*[185/i], p. 79 et sequentibus, tab. VH-XI.)

Prudentiorem bestimamus clar. G. OTTH, Bernensi, qui non negat bene multos uredineos fungos dupli seminum genere condonari, licet hodierna scientia? interesse censeat *Uredines* et analogia entophyta etiamnum ad tempus sub signis privis ordinata retineri. r5Muftc bcun, inquit, fvii-«tcr obrer fpdter cine 9ln\$af! won @attung^namen, aU fotfyc, ,au\$ bem mi,fi>lgifd)cn S>)item climinirt, ^Icidiv oh! aber gur <58e^cidjnuncj gcuiffr ^auvtformen nod) mit Diu'cn heibehalz „ten ivciteu, bi3 ba^ ber ^tanb ber Siffcnfjajaft biefc *Ured uxnnq* bcfinativ linb burd)3ctoub>5 cin&ufifvcn crlaubtM (Cfr. G. OTTHH commentationem *Lcber die Brand- und Rostpilze*, in *Actis Soc. Hist. nal. bernensis*, ad annum vertentem MDCCGLXL)

V. — Ad pag. 28, not. 1.

De nuclei sen cysliblastematis sinceri (*Zellkerms, Cyto-blastcs Germanis*) in Fungorum seminibus solito defectu sequentia nuper asseverata legimus apud clar. N. PRINGSHEIM (*Jahrb. f. wiss. Bot.* torn. II, p. 305 et 383) : „(Sin 3cIU trUxn ((S^tcblaft) ift nirgenbs mit genüjenbet ^id)ett)ctt ijou »Fuir crfanut tvevbeu. Sa^ 6 cfjad) t unb anbetc in ben \$pil\$fo* irvu fir foldje 1altenf fnb & Ut(^fd)en obet Heine Dfie «on

„**Echte** mytfafmcu, (Herm. HOFFMANN.) w@e&ttbe, bie irgenb
welche SlynUcufeſt tnti ben Bctffernnc f)6t>etc r ^ffan^n fydb
 >fUn, fiube idj in ben (Sporangien ber Xrūjfcln in fcinem 3
 /fianbe ifjer (Enttoicf elung, toeber auf ben frūfyeſkn, nod) in et
 r^nem bev fydteten, wic id) benn übertaityt bic \$erne in alien
 r/3etten bcr Xrūffeln^crmiffe, bte (S^orcн nicyt au&jcnom?
 »»mnif (W. HOFMEISTER.)

VI. — Ad pag. 30 et calcem art. i, in paragra-
 pho HI.

Has pagellas dum scribeſeremus, nondum publici juris
 factio fuerant accuratissima3 lyncei viri, W. HOFMEISTER ,
 disquisitiones ſuper generatione sporarum *Tuberis cestivi*
 VITTAD. Thecae fungi hujus, docente lipsiensi naturae in-
 terprete, plasmate e granulis initio crassis et subinde mi-
 noribus conſtanſte, tandemque subhomogeneo, singulae a
 principio totaereplentur. Guttae dilutiores (SBacuoten) paucae
 primum, mox autem plures et minores, in pulte plastica
 apparent, qua? postmodo iterum infrequentes at crassiores
 redeunt, demumque in unam solam et maximam contra-
 huntur. Interea plasma inſpissatur quo uteri parietes ves-
 tiuntur, sporaeque in eadem puplicula, nunquam vero in
 gutta pellucida media, discrete generantur, licet e strato
 natali periſſerico in guttam hanc nondum perfectae quan-
 doque venisse videantur. Sporae singulae vita privata libe-
 raque potiuntur, nee simūl nascuntur, nee pari paſſu ad
 maturitatem procedunt; quare fingere non licet easdem ex
 utriculo unico aut pluribus partitis primam duxisse ori-
 ginem, maxime quum compertum habere possimus unam
 quamque earum e peculiar! ac discrete granulorum acervulo,
 membrana tandem involuto, pro venisse. (Cfr. PRINGSHEIMII
Jahrb.f. wiss. Botan. torn. II, fasc. in [1860], p. ^78-
 391, tab. XXIII-XXV, ac potissime p. 383-386.)

VII. — Ad pag. 82, lin. super.

Eodem prope modo quo clariss. viri Gar. VITTADINI et
 BERKELEUS exsporae generationem apud Hymenomycetes
 varios et *Lycoperda* intelexerunt, clar. Cam. MONTANIUS
 seminis genesim in fungis Agariciniſ ipſe quoque interpre-
 tatus est. Sporam enim intra ascum (*basidium LEX.*) infor-
 mari, ^edicello autem e summa theca protrusanato evebi,
 antequam decidat, olim arbitrabatur; noluerit lamen pror-
 sus inſitiare dari etiam sporas qua? ex asco perforato pro-
 dire soleant. (Gfr. *Act. hebdom. Acad. Sc. parisiensis*, t. IV,
 p. 18-20 [ad d. 11 m. januarii, a. D. MDGCGXXXVII], et
 ephemericidem parisinam quos inscribitur *Vlnstitut*, anno V,
 n. 191 [ad d. iv ejusd. m. Jan. a. S. MDGCGXXXVII],
 p. 3.)

VIII. — Ad pag. 3a, not, 2.

Benevolē docentibus clariss. viris BERKELEY et BROOME
 quibuscum fungillum nostrum nuper communicavimus, hoc
 in loco agkur de *Leotia aciculari* PERS. (*Obs. Myc.* t. It,
 p. 20, n. 3s, tab. v, %. 1, et tab. vi, fig. 1 et 2), quae
 dicta est *Peziza (Helotium) acicularis* FRIESIO (*Syst. Myc.*
 torn. II, p. 1^6, n. 4) posteaque *Helotium aciculare* eidem (S.
Veg. Scand. p. 354), olim vero *Helvetia acicularis* BUT-
 LIARDO (*F. Gall.* torn. I, p. 296, tab. liyS, f. 1) et *Helvetia*
agaricoides turn BOLTONI (*F. Halif.* torn. III [1789] tab. 98,
 f. 1), turn SOWERBEO (*Engl. F.* torn. I, tab. LVII). «*Leotia*
ffacicularis, m ait PERSOON, IOC. cit. n-quoadpartes fructige-
 uras *Pezizis* et *Helvellis* similis est, tbecas enim babet octo
 ffsporulis refertas, paraphysibusque cinctas.r

IX. — Ad pag. 34, lin. 19.

Quod thecae myriaspore cum normalibus in eodem lypo
 rarissime convenient nemo mirabitur. Unicum rei exem-
 plum apud Discomycetes hactenus novimus quod nobis pra-
 stitit *Stictis cinerascens* PERS. (LEV. et MNTGN. in Herb. Mus.
 par.). Solitos inter discos fungilli bujus (in interna pagina
 corticis quejpei avulsi, februario mense, a. D. MDCCGLXI,
 Modoni Versaliorum vigentes) nonnullos videre licuit qtiad-
 amtenus tumidiores et colore dilute cervino a caeteris candi-
 dissimis discrepantes. Hisce demore inerant tbecaBbyalinae.
 acbroae, anguste clavata3, o^{nHM}; i et quod superest longo?,
 et crassitudine (in vertice inflato) decuplo minores, quee
 sporas octonas, oblongas, curvulas, o^{mm}, o25-o3 longas et
 o^{mm}, oo65 crassas swguta fovebant. Discos contra cervinos
 struebant tbecaj late cylindricas, clavatis longiores, deorsum
 abrupte acutata?, in vertice infuscatae et sporis innumeris
 ac stipatissimis totae refertaa; spora3 autem istae figuram
 priorum ^an^fetata et abbreviatam (ex omni enirrparte
 circiter dimidio minoretn) obtinebant. Spora utriusque
 generis in aqua satae pari modo intra paucos dies ger-
 minarunt. Duplex ilia *Stictis cinerascentis* PERS. forma, nobis
 obvia, quodammodo sane FRIESII sententiam comprobat
 his verbis expressam : rrLongius, inquit, deduceret enar-
 trare omnes mutationes disci in *Stictibus*, quaa cum Phaci-
 crdiacearum convenient, nam cum et sine ascis, deliques-
 rcentes, faliscentes, etc. observantur., (Cf. Fa. *Syst M*ic
 t. III, p. 468, in fine.)

Thecae polysporae sknul cum octonariis in eodem lichenino
 typo procul dubio pariter occurruunt; vulgo autem alia in-
 super accedimt discrimina quaa polyspora specimina ab
 octosporis removere videntur; quare hodwhi lichenologi
 ea plerique pro typis diversis habent. Veteres contra, sane
 prudentiores, eadem conjungere non dubitaverant; quippe
 utrum asci definito an indefinito modo foecundi essent pa-
 rum curaverant, nee nisi ad nofas externas fidenti animo

altenderant. p; «M^{en}ti» de qua aijfitur, proa ceteris typis exemplo sunt *Parmelia parietina* (LINN.) et *candelaria ACHA* exemplum sunt *Parmelia parietina* (LINN.) et *candelaria ACHA* rii, nee non *Placodia quæ sub eodem Xanthoria Friesiano* vidimus. (Cfr. Ny- titulo cum his *Parmeliis* nunc recensita Tl^m p. Syntl, Licl, tom. I. p. 4,0-4,3, et Theodon FBIS Gen. Eeterolicl, p. 60 et 6,.) Recordamur Car. Nv- LANDRDM olim non dubitavisse confiteri *Lecanoram* suam olifrosporam, Hcienem in^qualis fecundilatis, propter se- minum numerum ab octonario ad trigesimum in smguhs ascis varium, typice seu legitime fortassis non dfferre a₀ Acbariana *Lecanora cervina* vulgo mynaspora. Contendebat etiam *Myriosporam* 7nacrosporam HEPPII pro eadem *Lecanora cervina* ACHARH, ignotam ob causam panter oh- eospora et macrospora facta, item habendam esse; prop- teraque *Acarosporam*, genus Massalongianum incerto dubioque, thecisempe polysporis, niti cnteno. (Cfr. NTL. Colfrct. Lich. in Gall, ans^r. et Pyrenms, p. 1 a et 4, ejus- aue'animadversions in Actis Soc. Bot. Gallkw, torn. I [1854], p. 322.) Acutissimus idem Lichertum investigator vuttaiu*▲Lecanora; subfuscw ACH. analogam, thecs s-, nJ uti octosporis aliis, aliis contra sporas sedeCm foventibus; et ascis pari modo ab invicem dissimiles eadem et ipsissima *Lecide** vernalis A.C. scutella offend. (Cfr. clariss. beati MOOGOT adnotaciones in Actis Soc. Bot. balf*, lom. II [1855], p. 686.)

X. — y\dpag. 38, not. 1.

Ouibis modis Fungorum semina disserantur experien- tia percipere etiam tentavit cla, J. B. TROC, Tliunensis, L_m pariter non fugit Agaricorum sporas in charta fucata, s^Lfferianomore^xceptas^ellenissuno.iu.afflatuohege

b S i posse. Comperit item i W - et Hehelannn eni a elastice projecta, in earumdem amb.U, delapsa le r penri, indeqaee collegit ventuni esse pnapanuam Z L 1 omnium satorem. (Cfr. TBOOU D^ssert. * Fun,o, Jcendi modo, in Flora, [ephenienidis rat.sbonens.sj to- no XL [ad ann. MDCCCXXXVII, parte alt.], p. 616 et 617 ,neLnU,^JahresbMd. ^ ' ' < ^ Felde dei- physiol. Bot. vdrend des Jahres MDCCCXXXMI rBerolini, a.^838], p. 1 03 et 1 04.) Gulielmus GASPARRIM Lerdisseminatione sporarum *Polypori Tuberastn* JACQ. sic eloquitur : Nefle mie esperienze, inquit, sul crescere fde1 fango di pietra, notava che il polverio nell' uscire da l' imenio diffundevasi a certa distant, ancora quando la fiera teneva in camera e l' aria era tranquilla. E quan- Junque io riguardassi con attenzione in diversi temp., in JTdivene del giorno, pure nella caduta degl' sporangi affatto invisibili,niente io scuopniva d', somigh- ch' erano affatto invisibili,niente io scuopniva d', somigh- ch' erano rante al fenomeno delle pezize. Ultimamente avendo fatto cadere sul fungo la luce diretta, di lontano vedeva uscire

rrdafsuo imenio quasi di continuo un polverio minuto so- rrspinto leggermente da forza elastica; il quale raccolto sul etro e riguardato pel microscopio appariva essere il seme, Laonde tal fenomeno non è garicolare solo alle pezize, ma io mi penso che si potrà riscontrare più o meno chia- rramente in altri funghi, com¹ è capitolo a me di vedere mel fungo di pietra.» (Cfr. G. GAS. Tiicrcche sulk nat. delta pietra fungaja e sul fungo vi soprannasce [1861], p. 32 et 33.) Experimenta tamen a clar. Arminio HOFFMANN nu- periori tempore instituta elasticum seminum projectum, apud fungos basidiosporos, minus probabilem faciunt. (Cfr. N. PRINGSHEIMII Jahrb.jiirwiss. Botanik, t. II, fasc. III [1860], p. 315.)

XL — Ad pag. -/i3, lin. 9, et not. 3.

Ex quo descriptiuncula nostrac *Sphcerice Papaveris* e prelo exiit, id fimgilli antea fuisse nisi forsitan descriplum adum- bratumve, saltern collectum, cognomine decoratum et mycologia3 studiosis in forma perfecta seu ascophora dis- tributum cognovimus. Nuper enim prodiit in MAZERII Plan- tis Crypt. Gallia?, fasc. XVI (1860), n. 786, sub titulo *Sphwri Brachycladii* LACRX. Eumdem typu agnoscere sibi videtur illustris auctor in fungis sequentibus, nempe dubitanter in *Sphwria pellita* FRIESIO (Syst. Myc. torn. II [1823], p. 503, n. &55, Sw/w. Veg. Scand. [18/19], P-3^9' n. 26), non autem Friderico CURREY (in Act. Soc. Linn. Londin. t. XXII, p. 331, n. 359, ta^- LIX, %• 199)^ at certo in *Sphwria pellita* RARENHORSTIO (in KLOTZSCHII Herb. Myc. edit, principis fasc. XIII, n° 1 a 16, et fasc. VIII [1858] editionis alt. ejusd. operis, n. 7A9 [sub *Pleospora*]) sicut et WESTENDORPIO WALLIESIOQUE, doctis sociis et consortibus utilis laboris (Herb. Crypt, n. 652 [in caulis *Papaveris somniferi* L.]). Animadversiones pollicetur MAZERIUS; incon- rferas, inquit, commenlationem meam XXV, nondum edi- tam. □

XII. — Ad pag. 57, not. 1.

Licet asci *Sphcerice Pezizw* TOD. in icona Cordaeana ci- tata plane desiderantur, oculos tamen minime fugerant mycologi pragensis cuius enim verba haec sunt: ,%xit au(J r.benfelben (\$ctibiciu9)hmt\$)n bic auf^elöpc Sd)leimmaffc ber ff< Sd)du)c mit ben S^criben fycvtot, unb bilbet tm ^crtrccfc; „nen eine ^ei^e ^u^cl. 2)ic < Sd)du)c finb ci)linbrifc^, (elten nin bet 3)litc »crbicftf itjeig unb burc^fic^igff (Cfr. STDRMII Floram Germanift^arte in, t. II [1829], p. 27, tab. xii.)

XIII. — Ad pag. 66, lin. 1 et 2,

Dissertatio laudata clarissimi DDRV de *Dothidea Lycti* et

ADNOTATIONES.

D. paradoxa continetur in *Actis Soc. Phys. et Hist. Ital.* *Genevensis*, torn. XV, parle i (1859), p. 193-199, illique accedit tabula ex ic'onibus in lapide delineatis.

Dubyana aliacommentatio in iisdem collectaneis (t. XVI, cum tab. duabus), anni vertentis inilio, lucem adiit; *Hysteriorum* et *aflinium* fungillorum monographiam expavit, ac portiuncula seu specimen dicitur systematis universalis Pyrenomycetum in quo elaborate digerendo clarissimus auctor jampridem incumbit. Minime nunc ille infinitiatur eumdem et ipsissimum fungum fructus aliquando obtinere diversissimos, thecaphoros alios, gymnosporos alteros; neque sane, clar. LEVEILLEI exemplo, multifarios illos typos praeter naturam temere dilacerare vellet. Contendit autem sibi Hypoxyleos fungos obvios fuisse sincerrimos, v. gr. *Splueriam Miculam* FR. (*Elench. Fung.* torn. II, p. 101, n. 417) ,mibus asci constanter et typice denegentur. Demus porro talesreipsaexstarePyrenomycetes, justamsaepius habebimus causam cur dubitemus num perfectam eorum consecuti fuerimus notitiam, tura absolutiorem detexerimus formam unicuique privam. Exemplum saltern e *Sphceria Micula* FR. desumptum mycologi laudati thesim minime tuetur, quippe id *Sphwriw*, ni nos omnia fallunt, pycnidis, scilicet fungi imperfecti, naturam omnino prae se fert, et ad quamdam *Cenangii* speciem rhamnicolam (nee crataegicolam, praeter DUBYI asserlionem, testantibus speciminibus Mougeotianis [*Stirp. Vog.-Rhen.* fasc. XI (1840), n. 1075], Mazerianis [*PL Crypt. Gall.* ed. alt. fasc. XVI (i843), n. 776] et Dubyanis ipsis [in RABENII. *Herb. mjc.* ed. alt. fasc.VII (i858),n.636]), spectarevidetur, pariture atque *Sphceria dubia* PERSOONII (5. *achroa* CANDOLLIO; *Micropora* sp. LEVEILLEO, *Polyheci* autem BONORDENIO in *Bot. Zcitung*, t. XIX [1861], p. 204) ad *Cenangium Cerasi* FRIESIO, et *Sphwria Prunastri* PERS. (*S. rigida* DC; *S. spuria* FR.) ad *Cenangium Prunastri* FR. trahuntur. (Gfr. nostram de Discomycetibus comment, in *Ann. Sc. nat.* ser. III, torn. XX, p. 138 et 139, tab. xvi, fig. 12-13 [*Cenangium Cerasi* FR.], et E. COEMANS in RABENHORSTII *Herb. Mycologico*, ed. alt. ser. nova, fasc. III [i860], n. 232.) Citatum auctoreni ideo laudare nequimus quod fungillum modo dictum, non nisi rostrum tenus *Sphceriam*, ad dignitatem typi generici, sub titulo *MiculwMougeoliiRuR.* cvexerit, maxime cum praeterea in illius peridiis fistulosis (modo discretis, modo geminalim vel ternatim basi coadultis), duplex seminum genus, clariss. DUBYO obvium, frustra quaesierimus, solasque semper illas deprehenderimus sporas lineari-lanceolatas, angustissimas, arcuatas s. flexuosa, saepius in medio septiferas, oleoque homogeneo (nee *sporulis* plurimis, ut DUBYO visum est) totas refertas, qua? semina *Sphwria?* *dnbiw* PERS. vel *Sph. rigidw* DG. prorsus imitantur. (Cfr. DUBYI dissert, supra citatam, p.*i54, nee non ejusdem dicta in RABENHORSTII *Herb. viv. myc.* ed. altera, fasc. VII [i858], p. 636, et *Hedwigia*, torn. II, manip. in [1809], p. 17, tab. 1, fig. A.)

Cseterum plura seminum acrogenorum genera eidem fungo haud raro simul impertiri, exemplis permultis qua?, passim attulimus, satis superque demonstratur; nee uspiam defendimus has acrosporas solis in spermogoniis generari. (Gfr. DUBYI dissert, laud. p. 55.)

Hysteria et typi analogi in varias cohortes, apud clar. DUBYUM ordinantur, prout primum eorum receptacula suo in suffulcro erecta stant aut contra eidem strata incumbunt; deinde pro natura thecarum quae dehiscentes aliae, clausae alterae aestimantur. Atqui non possumus quin miremur thecis prioribus membranam discretam denegari, perinde ac si solis sporis filiformibus, nudis et in fasciculos cohaerentibus singular struerentur. Num thecarum parietes in *Lophio*, *Qolpomate*, *Ostropa* et *aflinibus* fungis sese adeo vagos et incertos habent, ut oculis mycographi genevensis semper latuerint, dum contra MAZERIO (in *Ann. Sc. nat.* ser. altera, torn. XVII [1842], p. 115, tab. v, fig. B [*Loiphium datum* GREV.]), nobis (ibidem, ser. in, t.XX[i853], p. i51, tab. xv, fig. 19 [*Tntlidium quercimim* PERS. quod *Colpomalis* sp. est WALLR. et DUBYO]) aliisque toties aperatum in conspectum venerint? *Oslropw cinerew* FR. ascis longissimos viderunt et delineamnt clarissimi viri Joseph de NOTAIUS (in *Act. Acad. sc. Taurinensis*, ser. altera, torn. X, [18/19], p. 34i-342, tab. 11, fig. 5) simulque DURIJEOS et MONTANIUS, (*Fl. Algeriw*, torn. 1, p. 557, tab. xxvi, fig. 4); eorumdem ascorum parietes a sporis filiformibus inclusis non aege discerni nosmet'in fungillis populicolis (e sylvis Modonensisbus) comperimus. Spermogonia *Oslropw cinerew* FR. usque adhuc, quod sciamus, mycologis omnibus neglecta, in eadem macula cui perithecia dimidiata seu prochilia sedent generari solent, sed in ligno nutritio altius inseruntur; parietes tenues, subachroos et ruga to-coll iculosos, ca^||1a m astern oblongam et maxime depressam obtinent, nmaque superna et linearis vix conspicue dehiscunt. Spermatia innumerá, tenuissima, recta, linearis-oblonga, utrinque obtusissima, pallida, o^mm, oo35 longitudine non excedunt. Spermogonia vix secus exstructa reperimus in *Robergia* MAZERII (cujus conferas *PL Crypt. Galliw*, ed altera, fasc. XXI [i846], n. 1026), aliis notis *Ostropw* etiam analogia.

Clariss. Joannes KICKX, Gandavensis, nuper a nobis benevolenti animo sciscitatus est qua in parte constaret ventas super *AuhgrapU Pinomtn LIBERTLE* (in *Annalib. Sc. ma.* ser. „, ton., VII [i837], p. 123 et ia5) sporis endothecis quas clar. MAZERIDS *ovoideas, hyalinis et uniseptatas (in suis *Plantis crypt. Galliw*, ed. altera, fasc. VI, [i838], n. 29/1), DCBYUS autem trminutissimas, byalinis, "ovoideas, diametrum bis aequantes et inordinate dispositas" (Dissert, supra cit. de *Ilystcriis* et affinibus, p. 37), dixerunt, nos contra longe lineares et propter verticem in-crassatum quasi claviformes (in *Annalib. Sc. nat.* ser. in, torn. XX, p. 158). Porro non fateri non possumus nos in-

ADNOTATIONES.

cautos, in hoc Annalium loco citato, de Hysterio Pinastri
 SCHRAD. (*Lophodermio Pinastri* DUBYI, dissert, laud. p. 46, n. 7), sub *tithu* perperam usurpato *Aulographi Pinorum* DESMAZ. verba fecisse; inde sequitur non mirum esse cur inter se pugnent nobis enuntiata et modo memorata quum MAZERII, turn DUBYI verba, quandoquidem de eodem fungo utrinque neutiquam agatur. Quae attulimus de fructibus *Hysterii Pinastri* SCHRAD. (loc. cit. sub dicto falso cognomine) cum Dubyana glescriptione (dissert, laud. p. 46) quadrat, propterea quo certior evadit error GREVILLII, quo auctore, spora fungilli istius minutae et breviter ovatae forent. (Cfr. ejus *Flor. Scoticam*, torn. I [1823] tab. 60.) Pariter erravisse GREVILLIUM super *Hysterio Junijeri* FRIESII, ad praecedens valde proximo accidente, imo vix diverso, non dubitabis, dummodo adumbrationem in *Flora Cryptogamica Scotice* (torn. I, tab. 26) editam cum Dubyana analysi (dissert, cit. p. 46, n. 8, sub *Lophodermio Juniperi* DNTRS.) contuleris. A vero etiam pari modo recessit ill. iconographus (op. supra citato, tomo II [1824], tab. 118, fig. super.) de *Rhytismate acerino* FRIESII (*Xylomate acerino* PERS.), merito animadvertente clar. Archibaldo JERDON (in collectaneis anglicis quae inscribuntur *The Phytologist*, serie altera, torn. III, p. n 4, fig. 1, [aprili mense a. S. MDCGCLIX]).

Aporias DUBYI (ex gr. *Ap. obscuram* DUB. [dissert, laud. p. 5i, n. 4], *Hysterii Pinastri* SCHRAD. sociam) ex *Hysteriorum* et affinium fungillorum spermogoniis constare si quis olim compererit, vix mirabimur; nonne enim *Aporice*, wegecrneris anomali, thecae minutissimae, cylindricae aut rarius iracylindrico-clavatae, congestae, sporasque globosas, hyafflinas, minutissimas et uniseriales foventes* (DUB. 1. cit.). sterigmata in spermogonii vel pycnidis parietibus insita potius referant?

XIV. — Ad cap. VI, ix, pag. 67-75.

Non possumus quin animadvertamus nos in pagellis istis plantam totam semper intellexisse quasi ens simplex aut saltern unius et solius naturae, individuum unicum, e partibus quidem plurimis diversisque constans, vitam autem ubique eamdem, i. e. animam unitam sibi infusam habens. Communi veterum opinioni, imo etiam plerisque neotericis tali modo si assenserimus, infitari tamen nolumus quam multis argumentis mine niti queant ii qui plantam contendant *Hydris* aut *Zoophytorum* habitaculis vivis, in arbores brachiatas paulatim exstructis, aequiparandam esse, entiumque ejusdem typi familiam multo potius quam ens unicum sistere. Natura multiplex et quasi articulata cujuslibet plantae, ac prae caeteris plantae perennis et lignee, locum dedit theoriae polyphytismi quam expositionem videas in Pauli GERVASH dissertatione quae inscribitur *De la métamorphose des organes et des générations auer-*

nantes dans la série animale et dans la série végétale, proditque Monspelii anno proxime elapso. Id theoriae menti profecto arridet ubi alternae generationis vices apud animalia infimi ordinis attente perpenduntur. Arborum enim gemmae, fixae caducaeve, alias quasi in folia sola vel in ramos longiores et foliigeros, aliae autem in flores masculos, femineos vel androgynos, posteaque, si contigerit, in fructus explicatae, proles modo sexu destitutas, modo contra uni- vel bisexuales fertilesque, e *scolice* neutro simul aut vi-cissim prodeentes, eidemque semper haerentes sive ab eo mox solutas, admodum aemulari videntur. Plantae quidem cum animali analogiam omni utriusque aetate indigitare licet. Semen e foecundata virgineave matre, ut ovum, ipsum provenit; cum explicatur, plantulam tradit *proto-scolici* respondentem et a typo maturo eo longius recedentem quo dignitate hie infimior est; adolescendo autem plantula variis modis fit *deuto-scolox* multiplex aut si malueris *strobilus* ex individuis neutrīs quae alia ab aliis vicissim exeunt et sibi invicem compacta adherent; posteaque lloribus et fructibus generatis, *proglottides* strobilo siccedunt. Ponamus autem has analogias cum vero congruere, quibus e partibus constabit individuum vegetabile, *in quo* versabitur ejus quidditas? Num difficultatis hujus nodum reapse solvisse cuidam hactenus contigit? Polyphytismo absolute si credideris, sequetur perfectiora vegetabilia jam ab initiis et intra ipsa seminis tegumenta, naturam multiplicem exhibere, plantas omnes cuiuscunque sint ordinis individua sociata potius quam ens unicum adultas referre, et individuum ipsum saepius esse intelligendum perinde ac si e cellula simplici constaret. Salvis ideo ne omnino repudiatis analogiae rationibus quas viri acutissimi ingenii vegetabilia inter et animalia deprehenderunt, veremur tamen ne veritas baud impar et saltern ad quotidianum usum utilior, in vulgi de plantis communi sententia et congruis vocabulis contineatur.

XV. — Ad pag. 77, lin. s 5.

Hie tamen monitum lectorem velimus clariss. Fridericum CURREY (in *Quart. Journ. of microsc. Science*, torn. V [1857], p. 124-126, tab. VIII, fig. 38 et 39) endosporas *Pezizw aurantice* PERS. longe aliter, quod ad structuram attinet, interpretatum fuisse. Easenim finxit tegumentolevimaturas indui, postea vero utriculos sphaericos sub eodem tegmine ex endosporio promere, et exordia germinationis suae tali modo tradere. Quaerit prseterea num utriculi illi quos deprehendisse sibi videtur, ejusdem sint naturae ac spermatia nostra sporogena seu hysterosporae (vid. supra cap. VIII, 8 111, p. 95 et 96). Profecto miramur sporas *Pezizw aurantice* PERS. his fictionibus dedisse locum; simpliciori et sane veriori modo apud Arminium HOFFMANN intelliguntur. (Cfr. N. PRINGSHEIMII *Jahrb. f. wiss. Botanik*, t. II, p. 293,

tab. xxxi, f. 36.) Ex iis quas recentes, octobri mense, iterato sevimus, paucissimae semper, aliae leves et nondum perfectae, alia} maturae et reticulo ornatae, quales in auras projiciuntur, germina filiformia solita pariter ediderunt, nullae autem hysterosporas. Omnes caeterum candidissimae sunt, minimeque participes coloris aurantii quo fungillus insignitur; color ille plasmati in summis paraphysibus contento, ni fallimur, quasi totus debetur.

XVI. — Ad pag. 79 et 80, seu paragraphum tertium capituli septimi.

De oleoso bumore in funginis seminibus obvio peculiarem edidit commentationem Mauritus ASCIERNERSON, berolinensis (inPOGGENDORFFIIJ4nmi//& *Phys. et Chimiw.*, t. XLIV [1838], p. 639-64a). Utrum id liquoris inspissati oleum pingue sit et fixum, an contra aethereum, aegre decerendum existimat, licet pingue potius illud censeat; iodo adhibito humor saturate luteo-fuscus evadit et in spiritu vini solvit. Guttas discretas quibus initio constat pro sporidiolis FRIESIO aliisque perperam habitas fuisse notat auctor; quem errorem etiam apud BERKELÆUM (in *Ann. of Nat. Hist.* torn. I [1838], p. 93 et 95) olim irrepssisse miramus. Auctore b. CORDA, Fungorum et Lichenum sporae triplicis sunt indolis, prout nucleus solidum simul et oleum (sicut apud *Endocarpa* et *Gyrophoras*), aut nucleus parem et humorem aqueum loco olei (**v. gr. in Parmeliis, Usneis, plerisque Agaricis et Boletis**), vel oleum solum aquamve sub tegminę pellucido (**apud Celarias, Agaricm muscarium, Hydnæ, etc.**) fovent. (Gfr. *Floræ ratisbonensis aim. xvni, torn. I, n. vin* [ad d. xxviii m. febr. a.MDCGCXXXIV], p. 116 et 117.)

Censura Ascbersoniana de falsa nuclei sporarum interpretatione cadit etiam in ill. H. Fridericum LINK, qui inter primos deprehendisse sibi visus est *Pezizas* rrsporis commrpositis,» videlicet quarum in seminibus seu rrsporidiis ffsporidiola duo vel plura» includerentur; inde etiam oriri notam arbitrabatur quae min specierum distinctionew non rrforet negligenda.» (Cfr. LINK in *Magaz. der GeseUsch. naturf. Frennde zu Berlin*, torn. III [1809], p. 36 et 4i.)

XVII. — Ad pag. 84, not. 2.

Super eodem argumento nuper etiam sequentia scripsit clar. Gulielmus NYLANDER, priscis suis memoratis experimentis: rr Observations (inquit) hujus modi postea jam rrplurimas feci et pra2sertim *Pezizas* inveni (praeter vesicu- «losam SOWERB. et affines, quibus thecae apiceleviter caeru- fflescunt) bymenium exhibentes iodo ita tinctum; maxime ffvero insignitur *Peziza cinnabrina* SCHUMW (Gfr. *Florani* seu ephemeridem botanicam ratisbonensem ad diem vn m. martii a. vertentis MDCCCLXI, p. i34.)

XVIII. — Ad pag. 87, not. 1.

Gleditschianis experimentis de germinatione et propagatione Fungorum maxime analoga sunt quae tentavit clar. CROME, apud Saxones olim Mogilæ professor, cuius autem disquisitiones nil novi aut certioris argumenti utique presesterunt. Lucem adierunt sub titulo: *Bemerkungen iiber die Entstehung der Schwämme, in Annalen der Wetterauischen Gesellschaft für die gesammte Naturkunde, 1pm. III (1812)*, p. 236-240. Nullus dubitat CROMIDS fungos infimos et animalcula ex dilutis sine semine praevio vitam auspicari posse, et generatione aequivoca multiplicari.

XIX. — Ad pag. 89, lin. 11-12.

Div. TOURNEFORT, loco citato, hoc in gloria Nicolai MARCHANT (senioris) ponit, quod anno S. MDCLXXVIII (extremo suae aetatis) is primus demonstraverit fungum urabraculiformem, subtus ex incarnato nigrantem, jam turn a longo tempore apud Parisios cultum et inter cibos laudatissimum, in stercore equino quod propterea byssso albida et quasi mucidine scateret, sua habere initia; simulque notat TURNEFORTIDS id observations apud HAMELIUM commemorari, cuius enim verba de arguento hsec sunt : rrHoc rranno MDGLXXVIII, inquit, D. MARCIANT prima funerorum rudimenta exhibuit qui in fimo equino, ex mucro aut situ quodam in (ila diducto oriuntur, primum frmolliora, turn duriora, eaque in globulos candidos pauplatis coalescant, que fungorum sunt primordial (Cfr. HAMELII *Hist. regiæ Sc. Academiæ*, ed. altera [1701], lib. II, sect. v, cap. 1, p. 169.) Icones quae Turnefortianaj dissertationi accedimt globuliformia *Agarici campesris* L. inchoamenta hand ineleganter exprimunt.

XX. — Ad pag. 89, not. 1.

Modus ille jampridem in fama est quo Vascones austro-occidentales ad fungos serendos uti dicuntur. Hoc enim testificontur sequenlia BOEHMERI wittebergensis verba: rr Vulgari cr(inquit) experientia scimus ex aqua in qua cocli fuerunt rr fungi, convenient; terras commissa, novas plantulas prorrdire, ut et bine hortulani fungosut alias stirpes, in finem et educere et colere didicerint. (Gfr. G. Rud. BOEHMERI *Comment, de plantarum semine [1785]*, p. 26.)

Hie quoque locus erat memorandarum observationum quas clar. Arminius HOFFMAM circa Fungorum germinationem anno proxime praeterito publici juris fecit. Ipse etiam suis e periclitationibus perceptis sporas integras in aqua ita tantum refrigerata ut adstringatur, aut in aere sicco pari modo frigefacto, nullum pati delimentum; germinatas vero aut ex toto perire, aut saltern germinibus suis defrauenari; sporas esse quae statim ac glacies solvitur germinare

queant, plerisque tamen ut torpore excutiantur calidiori tempestate opus esse; nonnullas, ex. gr. *Uredinis segetum* et *U. destruentis* semina, calorem aquae ebullientis et fervidiorem quidem (128°), dum madori subducantur, incolumes tolerare, ut postmodo *in liquore tepido* (15°) *lsete* germinent; easdem e contrario, in aqua si demergantur, calore temperatiore (58° - 78°) brevi temporis spatio certe enecari, et saepius jam vitiatas videri, ubi albumen socium ipsum densaretur. (Cfr. N. PRINGSII EIMU *Jahrb. f. wiss. Botanik*, t. II, fasc. in [i860], p. 321 et seq.)

Avide exspectamus quae de arguento pollicitus est vir ingeniosissimus L. PASTEUR, supra laudatus. (Vid. *Act. hebdom. Acacl. Sc. par.* torn. LII, p. 11 A3 [ad d. III m. junii anni vcrtentis], ubi denuntiatur dissertatio mox *in lucem proditura*, cuius caput vm sic inscribitur : *De Vaccination comparée de la température sur la fc'condite des spores des Mucédineées et des germes qui existent en suspension dans Vatmosphère.*) .

XXI. — Ad pag. 100, lin. ult.

Quemadmodum mycelium ejusdem fungi diversissimas species pro sua aetate, anni tempestate aut cceli conditione induere potest, ita ut modo mere byssinum sit, modo in sclerotium densetur, aut simul byssinum et rhizomorphum deprehendatur, sic etiam fructus funginus seu fungus ipse ((fqui totus est fructus», docente FRIESIO , S. M. t.I, p. 50i) non semper sibi constat, ejusque variationes, pae mycelii aberrationibus, eo manifestiores fiunt quod formas typicas longe magis definitas nancisci solet. Quamvis nulli hactenus profecto contigerit fungos tam multos e satis seminibus reduces obtinere, ut certo experiri potuerit utrum singuli sibimet ipsis ex omni parte semper consimiles, renascantur, nee ne, attamen non licet Fungis earn cbaracterum constantiam tribuere, quam caeteris entibus et maxime vegetabilibus omnibus aperte denegari quotidiana experientia percipimus. Deficiente ideo perutili doctrina quae ex aptata cultura sane oriretur, minus mirabimur cur incerti haerere saepissime cogamur de typorum apud Fungos sinceris *imitibus*. Quare propter *Agaricos* olim meritissime scriptis Franciscus JUNGHUHN bene multos eorum non modo occurtere in omnibus qui existant coloribus, verum etiam forma caeterisque quibus insigniantur notis tantopere variare, plurimosque pro aetatis diversitate adeo mutabiles insuper effici, ut mycologi, hoc non agnoscentes, vel forte accidentia pro essentialibus notis ducentes, baud raro nullius momend varietates, aut varios variarum aetatum status descripserint, quasi typos distinctos et legitimos pae manibus habuerint, et e contrario essentials notas, at non continuo in oculos currentes, ita neglexerint, ut species vere inter se discrepantes in unam imprudente conjecerint. Falsam tamen esse ""nimdam botanicorum opinionem qui

